Pag. 1145, vers. 23. Notetur verbum in Lexicis hactenus desideratum, προικίζειν, id est, *dotare*. Laert. προῖκα ἐπιδιδόναι. Philo, pag. 539, προικιζέτω τὴν παῖδα ὁ φθορεὺς ἄλλῳ, ζημιούμενος χρήμασιν. Epiphan. pag. 456, μὴ πεπροικισμέναι ὑπὸ τοῦ Λόγου. Atque inde ὁ προικισμός. Ibid. Horum protot'pum est ἡ προῖξ, *dos*; hinc θεράπαιναι προικίδιαι apud Philonem, lib. Περὶ εὐγενείας. Ἄκροικον γῆμαι, ἀπάγειν, λαβεῖν, Lucian., Athen., Laert. Vers. 29, τῷ πυρετῷ. H. St. τῶν πυρετῶν, sed illud in marg. Vers. 34, H. St. προπεσεῖν. Vers. 44. ἑρμαφρόδιτον. Ἀρρενόθηλυν. Naz. ἀνδρόγυνον, Lucian. γύνανδρον, Philo. Vers. 3, a fin. τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι, καὶ θυμῷ τετολμηκότι τὴν καθ- B υποκρινομένην τὸ τῆς φύσεως ἄῤῥεν ἐσθῆτα λύσασαν. I. S.

Pag. 1148, vers. 7, ὠειδεῖ. H. St. ὁμοειδεῖ. Sed illud ad marg. Vers. 8, σύντρησίς τις. Idem. Vers. 12, δόξαι κεχρῆσθαι. Idem. Vers. 16, διότι. Vers. 29, Καλώ. Idem. Vers. 32, παρὰ δὲ τὸν καλούμενον συριγγωθέντα, H. St. et alteram lectionem in marg. παρὰ δὲ τὸν καλούμενον κτένα, τόπου συριγγωθέντος, I. S. Vers. 51, H. St. ἄνεφυσε. Vers. 7, a fin. idem Καλλώ. Vers. ult. H. St. τύπον. H. St. 2, τόπον.

Pag. 1149, vers. 16, τοιούτου γεγενημένου. Schol. in cod. H. St. 2, et M. M. Τοιοῦτόν τι τέρας ἐφάνη κἀν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, ὃ καὶ πρὸς ἄμφω τὰ γενη ἐγνώσθη μεθαρμοζόμενον, πάσχον τε καὶ πράττον τὰ φυσικά· πλέον δ', ὡς ἔλεγε, κατεκράτει τούτου ὁ τοῦ ποιεῖν ἔρως. Εἰ δὲ που καὶ ἔπασχεν, οὐ κατὰ τὸ ἐκούσιον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον. Vers. 23, τῇ μὲν γὰρ θηλείᾳ. H. St. Vers. 45, ἐξ ἀπάσης τῆς Αἰγύπτου πεφυγαδευμενους. Fabulam de Judæis propter le- C pram, sive tabem, quæ corpora fœdaret, Ægypto pulsis ut veram commemorat quoque Cornet. Tacitus, lib. *Historiarum*. Vers. ult. συστήσας. Ἰσμισήσας. H. St.

Pag. 1146, vers. 5, καταῤῥᾶναι idem. Vers. 8, astericus ante ἀναγκάσας ponatur, et in marg. l. ἀναγκάσασθαι, est enim ea lectio cod. A. S. in quo coaluerunt, ut apparet, duæ dictiones in unam pro ἀναγκάσας vel (ut H. St. 2) ἀναγκάσαι προσενέγκασθαι. Cæteroquin ἀναμασᾶσθαι notæ significationis verbum, idem quod Clem. Alex. ἀναμηρυκᾶσθαι. Vers. 15, φόρους τοὺς ὀφειλομ. πραξάμενος. Synes. epist. 79, Ζηνᾶς ὁ πράξας πέρυσι τοὺς διπλοῦς φόρους. Id est, εἰσπράξας vel εἰσπραξάμενος. Vers. 11, a fin. et hic astericus est chalcographi culpa transpositus. H. St. φρονήσει δὲ καὶ ἀνδρείᾳ πολὺ διαφέρων. Vers. 6 a fin., τιμώμενον. Θαυμαζόμενον idem.

Pag. 1153, vers. 4, τοῦ σύμπαντος ἔθνους. Idem. D Vers. 39, γενομένας. H. St. ἐγνωσμένας; sed illud ad marginem, ut fere alibi alia. Vers. 43, H. St. περὶ τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἐθῶν τε. Vers. 4, a fin. Κάτλον. Plutarch. in *Vita Marii*.

Pag. 1156, vers. 6 a fin. ἀπολυθῆναι τοῦ ζῆν. Vita exsolvi. Vers. 3 a fin. κάρκαρον. Τὸν νῦν λεγόμενον κάραβον. Schol. H. St. M. M. Vers. penult. H. St. ἐννεακλίνου. M. M. ad oram ἐννεακλίτου.

Pag. 1157, vers. 12. ἔῤῥιπτο δ' οὖν. Idem.

Pag. 1160, vers. pen. Ῥωμαίων οἱ ταῖς εὐγενείαις. Τοῦτο καὶ νῦν γίνεται· καὶ ἱστοροῦσι τὰς πράξεις τῶν βασιλέων οἱ κατὰ γένος τούτοις προσήκοντες, εἰς ἔπαινον αὐτῶν καὶ ζωὴν τῶν ὁρώντων. Schol. M. M.

Pag. 1161, vers 27, Μασανάσσης. Masinissa scripti omnes, et H. St. editio, Μανασσῆς, quod ut suspectum rejeci in marginem. Illud reperies apud Plutarch. in *Vita Catonis majoris*, et alibi: pro quo in Polypii excerptis, ecloga 118. Μασανάσσης legitur, apud Lucian. in Macrobiis, Μασσινισσᾶς. Vers. 40, υἱὸν εἶχε τετραετῆ. Idem ex Polybio narrat Plutarchus libro Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Vers. eod. υἱόν. Ὄνομα Σθεμβᾶν, ὃν μετὰ ταῦτα Μικίψης εἰσεποιήσατο. Suid.

Pag. 1164, vers. 23, ἔδωκε χώραν. Ad marg. cod. H. St. adnotatur, τίσιν. Vers. 26, ὅτι μετὴ τὴν Καρχηδονίων κατάλυσιν. Hanc belli servilis historiam, Latine a se redditam, ad calcem Diodori Sicul. H. St. impressit. De eodem vide Strabonem, lib. VI; P. Orosium, lib. V, cap. 6.

Pag. 1169, vers. 43, ἅμα τεττάρων. Notetur τὸ ἅμα cum genitivo, quod cum alibi etiam in hoc opere occurrat ne dubita, quin et supra, p. 977: vers. 11 a fin. ἅμα, Ἰωσεδὲκ τοῦ ἀρχιερέως auctor scripserit.

Pag. 1172, vers. 21, H. St. 2, Τίττος. Vers. 11 a fin., ἐβάλλετο χάρακα. I. S.

Pag. 1173, vers. 16, πέραν θαλάττης idem. Vers. 42, ἀγκυλίων. Ἰσ. ἀγκυρίων H. St. Vers. 3 a fin., nota parentheseos tollatur post παραλυπῶν collocanda, I. S. H. St.

Pag. 1176, vers. 46, αὐλομανοῦντα Γυναικείαις θέαις αὐλοῦντα. *Modos tibia facientem in spectaculis thymelicarum mulierum*. Nam profecto αὐλομανοῦντα tam ridiculum, quam quæ Latine reddere conatus est H. St. Quis sanus dixerit αὐλομανῶ θέαις; quis hoc intelligit? Hominem de fæce vulgi notat, harjolum ei tibicinem non tragœdorum, aut comœdorum, sed Thymelicarum saltatricum I. S. Vers. eod, βασιλεύσας, τὰς μὲν πόλεις. H. St. Vers. pen. H. St. βοηθήσων.

Pag. 1177, vers. 10, ἐπὶ προτηρήματος, I. S.

Pag. 1180, vers. 3, ἐπιθέμενος τοῖς περὶ Ἀθηνίωνα, ὁδοιποροῦντας, H. St.

Pag. 1184, vers. 31, l. Ῥωμαίων ἐθῶν, I. S.

Pag. 1185, vers. 16, l. Λευκίου Μαρτίου. Cum dicat hos consules creatos olympiade 171, ergo accidit anno U. C. 655. Atqui Fasti præferunt annum 662; septem annis discrepatur. Deest aliquid, puta Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἡ β' πρὸς ταῖς ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, I. S.

Pag. 1188, vers. 24, πολλοὺς ἐνέχουσαν, I. S. Vers. 23, H. St. Κλέπτιος, sed alteram lectionem in margine.

Pag. 1189, vers. 39, H. St. 2, παύεται. Vers. 41, H. St. Ἰσ. τῶν Καίσαρα ἀνελόντων. Vers. 7 a fin., Ὅτι τὸ τῶν ἰλλουστρίων. Illustrissimi dignitas, vel illustrissimatus, est posteriorum temporum. Itaque ridiculum putare hoc a Diodoro unquam proditum fuisse. Itaque sine dubio hæc, et quæ sequuntur, sunt sequioris et posterioris scriptoris. I. S.

Pag. 1192, excerpta e *Vitis* Plutarchi desiderantur in cod. H. St., ut et Aristidea: quare neque nos his immorabimur, cum auctores illi exstent integre editi, unde mutila nullo negotio restitui, errata corrigi possunt.

Pag. 1196, vers. 15, ἐφ' ἵππον. Ald.

Pag. 1197, vers. 23. in marg. l. Βουκεφάλαν, sic Plutarch. in *Vita Alex. Magn.* et lib. Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Max. Tyr. λόγῳ κς'.

Pag. 1201, vers. 8, τὸ Ἡλύσιον εἶναι πεδίον. De quo Lucian. Περὶ πένθους. Naz. in *Vita Basilii Magni*. Λῆρος ὁ Μίνως ἐκεῖνος καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς· οὓς ἀσφοδελῶν λειμώνων καὶ Ἠλυσίων πεδίων ἠξίωσαν οἱ Ἕλληνες, ἐν φαντασίᾳ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείσου γενόμενοι ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν, οἶμαι, βιβλίων καὶ ἡμετέρων, εἰ καὶ περὶ τὴν κλῆσίν γε διηνέχθησαν, ἐν ἄλλοις ὀνόμασι τοῦτο παραδηλώσαντες.

Pag. 1209, vers. 29, ὡς μελίττας μὲν βόες. Ideo βούπαιδες dicuntur. Vers. eodem. σφῆκας δὲ ἵππους. Herapollo, lib. II, cap. 44. Vers. 30, κάνθαροι. Plin. lib. XI, cap. 20.

Pag. 1212, vers. 1, κόρακες γάρ. Γέγονε καὶ τοιοῦτόν τι ἐφ' ἡμῶν, περδίκων καταπεσόντων, πεπτωμένων ἀγεληδὸν, ὅτε καὶ οἱ ἡμέτεροι σοφοὶ ἔλεγον, ἐκ τῶν φωνῶν κατακτυπεῖσθαι τὰ ὦτα τὰ ζῶα,

καὶ οὕτω περιηχούμενα πίπτειν εἰς γῆν. Scholion M. M. Vers. 16, Ἀριστείδου Παναθηναϊκός. Hic partim ab Aldo, partim cum aliis Aristidis Orationibus est impressus Florentiæ typis Philippi Juntæ, anno 1517.

Pag. 1313, vers. 19, Πυθαγόρου βίος. *Vitam Pythagoræ*, præter Laertium, Jamblichum, et Suidam editos, scripsit Malchus quidam, cujus πονημάτιον illustris Joan. Vincentius Pinellus amplissimo Welsero nostro misit: ut et Theophrasti Opuscula, quæ exstant, et librum Aristoteli ascriptum *De spiritu*, innumeris locis singula (excepto Malchi libello) a Daniele Furlano Cretense emendata, Latine reddita, et commentario illustrata, lucem (ut confidimus) aliquando visura. Vers. 9, τῶν δὲ Πυθαγόρου. Hæc totidem verbis leguntur in scholiis Græcis ad Idyllium Theocriti 14. Vers. 31, ἔξωθεν ζηλωταί. Scholiastes Theocriti ἔξω ζητηταί mendose; illud etiam Suidas. Vers. 9 a fin. Ὁ δέκα, σύνθεσις τῶν τεσσάρων, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν. Δεκὰς γὰρ δυνάμει ἐστὶν ἡ τετρὰς, ἀπὸ τῆς μονάδος εἰρμῷ κατὰ πρόοδον συντιθεμένη. S. Maximus lib. *Mystagogiæ Eccles.* pag. 26, edit. August. Vers. 5, a fin. τῇ ὁμιλίᾳ, τῇ πρὸς τοὺς θεούς. Plutarch. lib. *De superstitione*, ὁ Πυθαγόρου λόγος, ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες. Vers. seq. προσιόντα. Al. προσιόντας.

Pag. 1315, vers. 31, ἡ δὲ ἀκοή. Hæc, Plutarcho auctore, λογικωτέρα μᾶλλον ἢ παθητικωτέρα. Div. Chrysost. *Epilogo in Acta apostolorum*, qui in ms. Augustano desideratur, ad verba illa: Ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς· Ἔστι γὰρ (inquit), ἔστιν ἀσθένεια καὶ ἀκοῆς. Καθάπερ γὰρ στόμαχος οὐκ ἂν δέξαιτο ὑγιεινὰ σιτία καὶ δυσκατέργαστα ἀσθενὴς ὤν· οὕτω καὶ ψυχὴ ὀγκωθεῖσα, φλεγμαίνουσα, ἄγονος γενομένη καὶ ἔκλυτος, οὐκ ἂν δυνηθείη δέξασθαι τὸν πνευματικὸν λόγον. Ἄκουε τῶν μαθητῶν λεγόντων· Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; ἂν δὲ ἰσχυρὰ ᾖ καὶ ὑγιεινή, πάντα ῥᾳστα, πάντα εὔκολα, ex cod. ms. M. M. Vers. 32, ἡ δὲ ὄσφρησις. Γεύσεως ὄσφρησις προκαθημένη, τὰ πρὸς ἐδωδὴν καὶ πόσιν σχεδὸν ἅπαντα προδικάζει· ἀφ' οὗ καὶ προγευστρίδα αὐτὴν ἐκάλεσαν, εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀπιδόντες, εὐθυβόλως ἔνιοι. Philo.

Pag. 1317, vers. 44. Οὐχ ὅτι ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων. I. S.

Pag. 1319, vers. 23, ἕξις ποιητικὴ μετὰ λόγου. Ἀληθοῦς, Aristot. *Ethic.* Nicomach. lib VI, cap. 4. Vers. 6 a fin., Ὅ τι ἂν καὶ παρὰ βαρβάρων μάθημα. Eadem ascribitur Iaus Romanis Athenæi, lib. VI, extremo.

Pag. 1321, vers. 26, Ἀγαθαρχίδου. Edita hæc excerpta Græce et Latine ab H. St. anno 1557 et 1584.

Pag. 1352, 1356, περὶ τῶν ῥιζοφάγων, ὑλοφάγων, σπερμοφάγων, στρουθοφάγων, Αἰθιόπων τῶν σιμῶν, ἀκριδοφάγων, etc. Eadem fere habet Diodor. Sicul. lib. III.

Pag. 1361, vers. 49, καμηλοπάρδαλις. Εἶδον τὸ τοιοῦτον ζῶον κἀγὼ, παρὰ τοῦ τυραννοῦντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σταλὲν τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. Ζοράφιν δ' ἐκάλει τοῦτο ὁ ἀγαγὼν βάρβαρος. Schol. M. M.

Pag. 1380, vers. 31, Ἱεροκλέους περὶ προνοίας. Vide supra pag. 548, vers. 2 a fin.

Pag. 1388, vers. 6, ταῖς παντοίαις τούτων μεταβολαῖς. Schol. αἰσχυνέσθωσαν ἐκ τούτων οἱ ἀφηνιάζοντες πρὸς τὰ συμπίπτοντα δυσχερῆ, καὶ μὴ ταπεινούμενοι, M. M.

Pag. 1392, vers. 26, παῖδα γὰρ εἶναι. Schol. Σημείωσαι τὴν ἀναγωγὴν τοῦ παιδεραστοῦ. Καὶ ἤρκει τὸ εἰπεῖν ἐρωτικόν· τὸ γὰρ τοιοῦτον ὄνομα καὶ ἐκ μόνης ἀκοῆς ἐστιν ἀηδές. Καὶ τεως ἀποδείκνυσι τοὺς παιδεροστὰς θεωρητικούς. Εἰ δὲ εἰσι πρακτικοὶ παιδερασταὶ, τί λεγεις, ὦ Πλάτων; M. M. Vers. 8 a fin. Ὅτι νόμοι. Σημείωσαι τοῦτο τὸ κεφάλαιον, ὡς πάνυ χρήσιμον ὅλον.

Pag. 1397, vers. 26, Γρηγορίου. Τοῦ Διαλόγου, A cod. V. H. St. ὃς διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γωόμενα θεῖα πονήματα Διάλογος ἐκλήθη, Cedrenus. Vers. 32, κλειὸς καυρίν. Cod. Aug. Dialog. mss. κλειὸς καυρή, quod æque obscurum. *Clioum Scauri* esse intelligendum, vidit ocellus patriæ meæ, M. V. Vers. 39, ἦκε τις. Schol. Ὅρα τὴν ἐλεημοσύνην. Vers. 2 a fin., ὡς ἔθος πράττειν. Schol. Τοῦτο εἰ καὶ ἔθος, ἀλλὰ καὶ τότε μέχρι τινὸς ἴσως. Νῦν δὲ ἀπέπτη, καὶ οὐδ' ὅλως οὐδ' ἐξ ὀνόματος ἔγνωσται, M. M.

Pag. 1409, quæ de Paphnutio et Spiridone memorantur, eadem leguntur apud Suidam, et in *Ecclesiastica Historia;* in hanc etiam, quæ de Constantino, D. Athanasio, etc., paulo post sequuntur.

Pag. 1420, vers. 9, l. Κωνστάντιον τ. Ῥ. ἀ. διεσπόντα, ἢ τὰ τῆς ἀ. ἐνεχειρίζετο σκ. προδοσία τ. τ. αἱ. πρ. καὶ συνδρομή. I. S.

Pag. 1437, vers. 38, δεων στεργειν. Idem.

Pag. 1448, vers. 39, καταλήψεσθε. I. S.

B Pag. 1452, περὶ τῶν δεκα ῥητόρων. Consule Plutarchum, qui eorumdem Vitas descripsit, ubi nonnulla cum Photianis eadem cognosces; velut in hac *Antiphontis Vita*, quod Sophili F. Thucydidis historici auditor fuerit, et id genus alia.

Pag. 1453, vers. 3 a fin., δακρύσαντα. Ὅρα ὅτι οὗτος μὲν ὁ σοφὸς διδάσκων ἐμμίσθως ἐδάκρυσεν, ὡς πεπραμένος· οἱ δὲ νυνὶ μωροὶ κατ' ἐμὲ ἐπὶ μισθῷ τὰ μισητὰ τῷ Θεῷ διαπραττόμενοι γάννυνται, ὡς εὐημεροῦντες ἐξ ἐντρεχείας καὶ φρονήσεως. Schol.

Pag. 1456 vers. 17, τὴν πραγματείαν. Ὥσπερ δὲ τοὺς κοιλοὺς ἰχθῦς ὅλους πωλοῦμεν, οὕτω κἀγώ σοι, εἰ βούλοιο μαθητεύειν, ὁλόκλ. ἀποδώσ. Plutarch.

Pag. 1457, vers. 32, potuisset hoc etiam modo exprimi distichon illud:

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν σύνεσίν τε προτιμῶν,
Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ' ἀνεθήκε Θεῷ·

Κλεομάρους ἔργον. Pro illis stella notatis legitur apud Plutarch. ξενίην et Λεωχάρους.

C Pag. 1472, vers. 40, εἰς σπήλαιον. Quintil. lib. X, cap. 3. Vers. 8 a fin., ἐπὶ τὸ Φαληρικόν. Quintil. ibid. et Cicer. *De finibus.* lib. V.

Pag. 1473, vers. 28, τί πρῶτον. Quintil. lib. XI, cap. 3; et Cicer. lib. I *De orat.*; Valer. Max. lib. VIII, cap. 7.

Pag. 1484, vers. 41, ταλάντων. Apud Plutarchum, ubi idem recitatur, pro αὐτὸς ἐποιεῖτο τὴν διοίκησιν, H. Wolf. legit αὐτὸς ἐποιεῖτο εἰσήγησιν, initio fere *Vitæ Lycurgi oratoris.*

Pag. 1485, vers. 7, l. φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας ἐπιβαλόντος τελώνου, καὶ πρὸς τὸ μετοίκιον αὐτὸν ἄγοντος· συναντήσας.

Pag. 1500, vers. 16, στολὴ δ' ἄν. Schol. Ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι στολὴν πρώτην, τὴν παρὰ Θεὸν παῤῥησίαν, διὰ τὸ τοῦ συνειδότος ἀκρτάγνωστον· ἣν τὸ ἅγιον βάπτισμα καὶ ἡ μετάνοια τοῖς τε φωτιζομένοις καὶ ἀληθῶς μεταμελομενοις χαρίζεται τοῖς πιστοῖς καὶ Πατερα ἐπικαλουμενοις τὸν Κύριον. M. M.

Pag. 1509, vers. 7, τὸ παρὰ καιρὸν σιωπᾶν. Inter gnomas εἰς Σιωπήν legitur vulgo Senarius:

D Οὐ δεῖ σιωπᾶν, καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.

Ubi pro negandi particula οὐ, legendum est οὖ.

Οὖ δεῖ, σιωπᾶν· καὶ λαλεῖν, ὅπου χρεών.

Sic Euripides apud Plutarch.:

Σιγᾶν θ', ὅπου δεῖ· καὶ λαλεῖν, ἵν' ἀσφαλες.

Pag. 1513, vers. 7 a fin., πρὸς Γαϊνᾶν. Theodoret. *Eccles. Hist.* lib. V, cap. 32.

Pag. 1517, vers. 47, σκάμματα. Τὸ σκάμμα, locus certaminis, campus athleticus. Epiphan., pag. 218: Ὁ ἀγὼν ἐτελεσθη, καὶ ἐκενώθη τὸ σκάμμα, καὶ οἱ στεφανοι ἐδόθησαν, καὶ ἀγωνισάμενοι ἀνεπάησαν· καὶ οἱ μὴ φθάσαντες ἐξῆκαν, καὶ οἱ μὴ ἀγωνισάμενοι οὐκετι εὑποροῦσι, καὶ οἱ ἐν τῷ σκάμματι ἡττηθεντες ἐξεβλήθησαν, καὶ τὰ πάντα σαφῶς τετελείωται μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν.

D. Ambros. lib. I *De officiis*, cap. 16 : *Quid alibi poscis, quod alibi debetur? quid præpropere coronam exigis, antequam vincas? quid detergere pulverem, quid requiescere cupis? quid epulari gestis, antequam stadium solvatur? Adhuc populus spectat, adhuc athletæ in scammate* (al. *stemmate*, perperam) *sunt; et tu jam otium petis? Sed forte dicas, cur impii lætantur? (cur epulantur?) cur luxuriantur? cur etiam ipsi non mecum laborant? Quoniam qui non subscripserunt* [mss. S. Udalrici, *qui non scripti erunt*] *ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis.*

Pag. 1520, vers. 11, εἰς τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα μάρτυρας. In eosdem exstant homiliæ Gregorii Nysseni et Basilii M., τόπος δὲ τῆς παρατάξεως αὐτοῖς (inquit ille) τὸ τῶν μιαιφόνων δικαστήριον ἦν, ἐν ἐκείνῳ συστάντες ἠγωνίζοντο, οἱ μὲν ἀπειλαῖς ἀκροβολιζόμενοι, οἱ δὲ διὰ τῆς ὑπομονῆς ἀμυνόμενοι. Ex ms. August.

Pag. 1552, vers. 4, προσευχή. S. Maxim. προσευχὴ, αἴτησις ὧν Θεὸς πρεπόντως ἑαυτῷ δωρεῖσθαι πεφυκεν ἀνθρώποις. Εὐχὴ δ' ὑπόσχεσις, ἤγουν ἐπαγγελία ὧν γνησίως λατρεύοντες Θεῷ ποσκομίζουσιν οἱ ἄνθρωποι. M. S. Augustan.

Pag. 1560, vers. 25, l. σοφόν τι καὶ μεγα I. S.

Pag. 1565, vers. 27, Θεοφράστου. Edidit H. St. anno 1557. Vers. 32, πολύπους, χαμαιλεων, τάρανδος. Philo lib. Περὶ μεθης.

Pag. 1568, vers. 13. Scholion ; Οὐχ οὕτως · ἀλλ' ἐπεὶ λειποψυχία γίνεται, τοῦ περικαρδίου θερμοῦ πλεον ἢ προσήκει σκεδαννυμενου. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἡδομενοις, ὡς πλεῖον ἢ δεῖ διαχυθεῖσι, γίνεται, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις τοῦ ἐν βάθει θερμοῦ τῇ τῆς καρδίας ἀναχύσει καὶ ἐξαπλώσει περὶ τὴν ἐπιφάνειαν σκεδασθέντος. Τοῖς δ' αῦ λυπουμένοις, ὡς μᾶλλον συσταλεῖσι καὶ πληθεῖσι καὶ οἱονεὶ συσφιγχθεῖσιν · ὡς ἐν πνιγεῦσι συμβαίνει · σβέννυσθαι γὰρ καὶ κατ' ἄμφω τὸ πῦρ γινώσκομεν · τούτου ἕνεκα γίνεσθαι [ἴσ. γίνεται] καὶ οὐχὶ τῇ τῶν ὑγρῶν ῥοῇ καὶ τῷ πλήθει. Καὶ γὰρ εἰ ἀμέτρως τοῦτο συμβαίη τῷ σώματι, τὸ στεγνὸν ἢ μανὸν γενέσθαι · οὐ λειποψυχίαι μόνον, ἀλλὰ καὶ θάνατοι ἐπακολουθήσειεν ἄν. M. M.

Pag. 1577, vers. 6 a fin. τὸν Μωσῆν ἅλφα καλεῖσθαι. Vide supra, pag. 485, vers. 11 a fin. Vers. 5 a fin., καλεῖ τοῦ ψεύδους τὸν Φίλωνα μάρτυρα. Apud quem neque in tribus de Mosis. Vita libris neque alibi horum quidquam legitur.

Pag. 1580, vers. 29, l. Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω. Vers. 30, Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω, ut apud Athen. sic recte memini I. S.

Pag. 1581, vers. 36, μαιοῦσαν. l. μυοῦσαν. Diod. S. lib. III. μούσας δ' ὠνομάσθαι, inquit, ἀπό τοῦ μυεῖν τοὺς ἀνθρώπους, etc. Plutarchus autem μούσας dici ait, quasi ὁμοῦ οὔσας. Vers. 37, μαάσαν. Ita ms. ἴσ. μῶσαι. Vers. 40, παρ' Εὐφορίωνι I. S. Vers. 44, ἤτρον idem. Vers. 45. Ὁμηρος. Et Pind. *Nem.* ode 3. Vers. 50, Καλλίμαχος δ' ἐν Ἑκάλῃ. I. S. τὸ μακκοᾶν, quo Lucianus in *Lexiphane* utitur; possit etiam ἐκ τοῦ μὴ κοᾶν formari. Simmias Rhod. τὰ δ' ὠκυβοᾶ κοᾶν. Vers. ult. et 1, p. seq. Ἰτύλος,

...*Absumpti fata gemens Ityli.* Catull. I. S.

Pag. 1584, vers. 2, l. συνεργῆσαι. Et infra, τέτλα et τέτλαθι ; sed nugatur I. S. Vers. 34, ἐν χαρίτων πρώτῃ. τέτλα. I. S.

Pag. 1585, vers. 5, οἱ γλωσσόκομοι, loculi, glossæ τὸ γλωσσόκομον, II Paral. XXIV, Joseph pag. 151 ; Naz. 141 γλωττοκόμιον. Hesych. Διεφθαρμένως δὲ λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν · ἐχρῆν γὰρ γλωττοκομεῖον λέγειν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ ἀρχαῖοι. Phavorin.

Pag. 1589, vers. 14, τὸν Ἄρην. Παρὰ γὰρ τὸ ἀρήγειν, ὅπερ βοηθεῖν ἐστι, κατὰ γλῶτταν Ἄρης ὠνομάσθαι μοι δοκεῖ, καθαιρετικός πολέμων, δημιουργὸς εἰρήνης. Philo.

Pag. 1592, vers. 8 a fin., Αἰσχίνην. Vide supra pag. 1476, vers. 1.

Pag. 1597, vers. 1. Ὡραπόλλωνος. Οὐκ ἀπέοικε δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲ ὁ Ὡραπόλλων, ἀνὴρ λόγιος : οὗ ἡ σύνθεσις ἐκ τοῦ Ὧρος καὶ Ἀπόλλων, ἃ καὶ ἄμφω ἐπίθετά εἰσι Φοίβου. Eustath. *Odyss.* Δ.

JOSEPHUS SCALIGER DAVIDI HOESCHELIO SALUTEM.

Doleo priores litteras meas ab hostium equitatu interceptas ad te non pervenisse. Eæ cum litteris et Merulæ ad cl. V. M. Welserum missæ fuerant Coloniam, quæ via maxime infesta ab excursionibus militum, et eorum prætenturis. Quid ad te scripserim, equidem non facile meminerim. Sed, quod posterioribus meis tibi significabam, conjeceram in unum indiculum errores editionis Photianæ, et paucos illos quidem, et propiores mendis typographicis, quam ut ullum locum justarum animadversionum obtinere possint. Itaque neque illæ mendæ tanti esse videbantur, ut de illis te monerem, qui hæc melius perspicere possis, quam ego; neque tantæ, ut paulo doctiorem lectorem remorari possint. Quo magis inutiliter collocari operam putabam, nisi veritus essem ne tibi hæc denegare esset aut laborem tua gratia declinare, aut amicitiæ nostræ rationem non habere. Quæ potui igitur meminisse, retuli, ut in hoc schedio habes. Quæ bona, pro tuo judicio seliges ; mala, quæ tua est æquanimitas, aut excusabis aut præteribis. Non enim illa morari debent seria tua ; neque profecto opus me in istis memorari, qui in melioribus optarim nomen meum sileri. Vale, mi Hœscheli, et nos ama. Lugduni Batavorum. Kal. Augusti 1599.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

OPERUM PARS QUINTA

—

CANONICA.

—

MONITUM EDITORUM

Photius tria opera canonica præcipua elaboravit. Primum collegit canones conciliorum œcumenicorum in unam syllogen, eos describendo *ordine chronologico*. Eisdem adjecit canones conciliorum provincialium qui ob præclaram doctrinam et sanam jurisprudentiam vim legis in universa Ecclesia obtinebant, et epistolas canonicas sanctorum Patrum, quæ ad disciplinam generalem Ecclesiæ spectabant. Hanc *syllogen*, quam Zonoras, Balsamon et Aresteni doctis commentariis ornarunt, in suis *Pandectis canonum* edidit Beveregius, nosque edemus inter opera scriptorum qui ad finem sæculi XII vel initio XIII floruerunt.

Deinde Photius eosdem canones descripsit *ordine materiæ*, conjungendo canones ejusdem argumenti, etsi diversis temporibus editi fuissent, et totam materiam juris dividendo in quatuordecim titulos. Hanc collectionem, sub nomine *Syntagmatis canonum*, primus edidit cardinalis A. Mai, vir, ob in lucem protracta scripta veterum Patrum vix unquam satis laudandus, *Spicilegii Romani* t. VII, eamque nos hic edemus.

Tandem Photius canones *Syntagmatis*, omisso textu, juxta ordinem *Syntagmatis* notavit, et in commentariis adjunctis descripsit leges præsertim civiles quæ eisdem respondebant. Hanc collectionem *Nomocanonem* inscripsit, quia legum tam ecclesiasticarum quam civilium Catalogum ac veluti harmoniam exhibebat. Post alios Voellius et Justellus eam Græce et Latine ediderunt Parisiis, anno 1661, in *sua Bibliotheca Juris*, t. II, p. 785 et seq. Hic nobis edenda est.

Photius scripsit epistolas varias de rebus canonicis, quas suo loco edidimus. Cæteris eminet epistola ad Leonem archiepiscopum Calabriæ quæ est XVIII libri I.

Seriem horum operum claudet opusculum Photii quod inscribitur : *Interrogationes decem cum totidem responsionibus*. Fœtet quidem libellus iste odio schismatico ; sed non ideo prætermittendus fuit, siquidem indicet *cujus spiritus* Photius fuit.

DE PHOTII SYNTAGMATE

(Angelo MAI *Spicileg. Rom.* tom. VII, præf. pag. VIII.)

Photii *Syntagma canonum* (quod ab eruditis cum ejusdem *Synagoge canonum* confundi solet) habere me in manibus, idque typis aliquando fore traditurum, dixi aliquot abhinc annis in prolegomenis repetitæ editionis tomi I *Scriptorum veterum*, p. XXVIII; quo nunc promisso defungi volens, trinas Photii circa jus canonicum curas distinguere atque in antecessum exponere necesse est. Primam itaque curam suam sic narrat Photius ante *Nomocanonum* in Præfatione, quam ex Oxoniensi codice Justellus edidit, *Bibl. can.* t. II, p. 789: Ἐπεχείρησα τοὺς ὑπὸ τῶν ἐν χρόνοις διαφόροις γεγενημένων ἁγίων δέκα συνόδων ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ σωτηρίου δόγματος καὶ χρηστῇ διδασκαλίᾳ πάντων ἀνθρώπων ἐκτεθέντας θεοπρεπεῖς κανόνας εἰς ταυτὸν συναγαγεῖν, ἑκάστης συνόδου τῇ προσηγορίᾳ τοὺς αὐτῆς ἐχομένως ὑποτιθείς. *Quotquot a sanctis decem synodis, diversis temporibus, ad salutaris doctrinæ confirmationem, bonamque omnium hominum institutionem habitis, editi sunt sacri canones, eos ego omnes in unum corpus colligendos suscepi, ita ut uniuscujusque synodi appellationi ac titulo sui proxime canones subjecti sint.* Pergit deinde dicere Photius, se canones quoque apostolorum, synodum Carthaginiensem (sub primate Aurelio) et nonnullorum sanctorum Patrum alios canones seu decreta

eodem opere conclusisse : et primo quidem μέχρι τῆς πέμπτης συνόδου κανόνας εἰς ἓν συναγαγεῖν θέμενος σκοπόν, *scopo sibi proposito, ut canones usque ad synodum quintam in unum corpus colligeret.* Sed mox, ut ibidem subdit, ampliato consilio, longius processit, ita ut synodos quoque se patriarcha habitas æque excerpserit, opusque suum anno demum DCCCLXXXIII, paucis ante obitum annis absolverit. Prima igitur cæterisque amplior Photii canonica lucubratio hæc fuit, quam titulo Συναγωγῆς, id est *Collectionis*, distinguere ab aliis interest. Hæc autem synagoge ipsa, ut reor, est, quam cum Zonaræ et Balsamonis scholiis tum in Parisiensi editione, tum in Beveregii præclaris *Pandectis* legimus. Quanquam eadem in manu scriptis codicibus non sine plurima varietate, ac modo longior modo contractior jacet, ut mihi legenti compertum est.

Mox secundæ lucubrationis naturam sic Photius describit : Πάντων δὲ τῶν συτειλεγμένων τὴν δύναμιν εἰς τίτλους δέκα πρὸς τέτρασι συνελὼν, καὶ τούτων ἕκαστον εἰς διάφορα κεφάλαια διελών· εἶτα τοὺς πρὸς ἑκάστην ζήτησιν ἁρμόζοντας ὅρους ὑποθεὶς, τάς τε προσηγορίας τῶν αὐτοὺς εὑρόντων δηλώσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν διὰ τῶν ἀριθμητικῶν στοιχείων, εὐσύνοπτον, ὡς οἶμαι, κατὰ δύναμιν τὸ Σύνταγμα πεποίημαι· *Horum autem omnium ita collectorum vi in titulos quatuordecim contracta, ac unoquoque horum titulorum in varia capita distributo ; deinde unicuique quæstioni convenientibus definitionibus subjectis, auctorumque ipsorum nomine declarato, necnon etiam numero per arithmetica elementa apposito, cognitu facile, ut opinor, pro viribus Syntagma elaboravi.* En secunda, ut dixi, canonica Photii lucubratio, *Syntagma* scilicet, id est *ordinata compositio* canonum, atque ad peculiarem finem directa, id est ad demonstrandos confirmandosque canonici juris delectos titulos. Aliud est igitur, ut jam dixi, canonum sive ex synodis sive etiam ex singulis Patribus coacervatio, atque in uno volumine scriptio, quæ nihil est nisi quædam συναγωγή ; aliud vero ingeniosa ipsorum dispositio, atque ad certos scopos collineatio, quod σύνταγμα proprie appellatur ; quo vocabulo Photius hoc opus suum semper indigitat, ut cuipiam librum nostrum legenti constabit. Itaque et Joannes Scholasticus, qui Photium in Byzantino patriarchatu ducentis annis præcessit, paris omnino structuræ librum ex canonibus usque ad synodum quartam conficiens, Sic in titulo habet : Συντάττει τοὺς ὅλους κανόνας εἰς ν' τίτλους : *Omnes canones sub titulis quinquaginta simul componit*, seu ad *Syntagma* redigit; quo nomine Joannis labor constanter designatur. Sic ergo exposita Photiani *Syntagmatis* vera notione, spero falsam illam, ut reor, bibliographorum opinionem, exstinctum iri, quod nempe Photii *Syntagma* idem sit atque *Synagoge* (repugnantibus ipsis inter se vocabulis) ; quanquam summi quoque viri, ignoratione codicis nostri et rerum considerata, isto modo locuti sunt, veluti Lambecius, *Bibl. Vindob.* ed. Kollar. lib. VIII, p. 909; Fabricius, *Bibl. Gr.* ed. nov. t. XI, p. 21, et t. XII, p. 185 ; Assemanus, *Jur Orient.* t. I, p. 37, qui in codice Vat. 1185, et Palat. 408, exstare ait Photii *Syntagma*, in quibus reapse nil præter *Nomocanonem* ac *Synagogen* cum Balsamonis Scholiis habetur. Denique et Jacobus Morellius in *Bibl. S. Marci*, p. 97, Photii *Syntagma* appellat nobisque exponit, id quod manifeste nihil est aliud quam Photii prima *Synagoge*, nondum in titulos distributa, neque ad *Syntagmatis* rationem redacta. Tenemus jam igitur Photii *Syntagma* ex propria *Synagoge* ab eodem sumptum, et in titulos XIV distributum, in quorum singulis continua integraque dictione eos canones scripsit, qui ad rem propositam confirmandam prosunt. Quam rem ita se habere, codex Columnensis, nunc Vaticanus, de quo supra in Germano dixi, demonstrat: codex, inquam, insignis, membraneus, antiquus, sæculi nempe saltem XII, calligrapha diligentique manu scriptus, tantæque raritatis, ut hic solus Photii verum *Syntagma* continere videatur : nisi forte aliud exemplar est in codice Dubliniensi mss. Angl. et Hibern. t. II, part. II, p. 40, qui sic describitur : *Photii leges* (canones?) *per capitula digestæ plenius quam in Nomocanone.* Certe si *canones* pro *leges* scribendum fuit, accurata mihi hæc videretur Photiani *Syntagmatis* definitio.

Nunc jam sequitur ut de tertiis Photii ad jus canonicum curis dicamus. Homines ita natura comparati sunt, ut actus suos partim exemplo duce, partim proprio ratiocinio motuque depromant. Utramque hanc regulam secutus Photius videtur: namque ut non solum *Syntagma* sed *Nomocanonem* etiam conderet (id enim tertio operi est nomen), ducem habuit antedictum Joannem, qui *Syntagmati* suo *Nomocanonem* illum subtexuit, quem primus Justellus edidit. Sed enim illud multo vehementius, ut opinor, Photium impulit, quia *Syntagma* suum repetitionibus plurimis laborare videbat; propterea quod eosdem canones, et quidem sæpe longiores, necnon copiosa Patrum segmenta, bis, quater, ac fortasse decies aliquando recurrere necesse erat, quia diversis titulis et capitulis æque quadrabant. Ergo etiamsi *Syntagma* utiliter confectum erat, in quo omnia suis locis perscripta exstabant, molestæ tamen valde exscribentibus, graves item ementibus accidebant canonum repetitiones tot, quæ volumen propemodum duplicabant. Quid igitur? Brevissimum delineavit Photius compendium, in quo titulorum et capitulorum thematibus nil substerneret aliud, quam arithmeticas notas illorum canonum, quos lata oratione scripserat in *Syntagmate.* Est itaque *Nomocanon* breviato mera *Syntagmatis.* Sic enim etiam in calce *Nomocanonis* legitur: Τέλος τῶν δέκα πρὸς τοῖς τέτρασι τίτλων τῶν παρὰ Φωτίου συνοψισθέντων· *expliciunt quatuordecim tituli* (quæ est ipsa natura et constitutio *Syntagmatis*) *a Photio in compendium redacti* (id est *Nomocanon*). Dicet

aliquis: Si *Nomocanon* per arithmeticas notas canonem indicat, isque canon in Photii *Synagoge* occurrit, cur jam *Syntagmate* opus sit? Ergo, inquam, Joannis quoque *Syntagma* post ejus *Nomocanonem*, et post adunatos toties Ecclesiæ universæ canones, usu carebit? quod nemo cordatus dicet. Cresconii Africani Breviarium canonum habemus quod (demptis civilibus legibus) Joannis Photiique *Nomocanonem* prorsus exæquat. Num hoc idcirco et alia *Syntagmata*, quæ tot exstant, præsertim in jure novo, puta Anselmi Lucensis, cardinalis Deus, dedit, Gratiani, pontificum Gregorii et Bonifacii, utilitate carent? Nemo id sanus arbitrabitur. Quin adeo si rem hanc ad veritatis lancem libremus, *Syntagmatis* usus occupatis certe hominibus vel librorum copia non abundantibus longe pronior erit et fructuosior. Licet enim in *Nomocanone* numeralis nota mihi canonem indicet, attamen hunc nonnisi moleste et morose in *Synagoges* farragine quæram. (Qui certe ex Cujacii libris jus discere avet, ipsum potius auctoris textum, quam Albanensis promptuarium leget.) Contra si in singulis titulis, intra unumquodque capitulum, prout fit in *Syntagmate*, congruentes canones ipsis verbis recitatos nanciscor, res tota mihi incurrit in oculos, neque longius quidquam requiro. At injucundæ repetitiones sunt. Sane ; hæque ob delicatos lectores ansam *Nomocanoni*, quasi indici ac repertorio, struendo dederunt. Ego quoque hanc eamdem molestiam inter librum imprimendum expertus, cœpi locos repetitos omittere; ita tamen, ut eorum initiis scriptis, lectores meos per παραπομπάς, *remissiones* (ut fit in Damasceni *Parallelis*) ad jam exstantem in libro meo canonem, intento veluti digito amandarem : neque enim quisquam adeo segnis erit, quem pauca revolvere in eodem volumine folia pigeat, ut pagellam inspiciat quam numerali signo demonstro. Sic ergo et recitatos a Photio canones, cunctos conservavi, et tamen libri molem dimidia ferme parte diminui. Denique aio: Si quis canonum veterum a Photio collectorum scientiæ studet, eum vel universalem *Synagogen* sus deque pervolutare necesse est, vel hoc *Syntagma* multo brevius atque ordinatius et rei quæsitæ inveniendæ aptius perlegere. Etenim *Nomocanonis*, ubi nihil præter numerorum congeriem est, nulla per se jucunditas, neque utilitas esse videtur, nisi quatenus indiculi vice defungitur.

Sed contra hanc Photiani operis trinam partitionem, tenebras quasdam, fateor, offundit præfatio illa, qua Photius *Nomocanonem* suum comitatus est. Nam post recitata superius verba, prosequitur narrans quod canones idcirco arithmeticis tantum numeris indicaverit, ne frequentes repetitiones fierent, quæ legentibus fastidium crearent. Hunc, inquam, locum qui leget, *Nomocanonem* atque *Syntagma*, unum quid non duo, esse putabit. Neque sane nego, nomen *Syntagmatis*, de *Nomocanone* quoque potuisse a Photio pronuntiari, A ubi item συντάττονται canones; verum in priore ῥητῶς *verbis ipsis*, in posteriore per indicem sine re. Quare æquius est ut σύνταγμα vocabulum, designando secundo operi a nobis reservetur. Præterea reputandum est, Photii dictam præfationem, quæ apud Justellum est, non συναγωγῇ *collectioni universali*, neque *Syntagmati*, sed *Nomocanoni* fuisse præpositam, ut Oxoniensis codex demonstrat Φωτίου εἰς τὸν Νομοκάνονα πρόλογος · ideoque Photius de *Nomocanonis* tantum structura tunc sollicitus, in hoc uno scilicet commendando verba consumpsit. Vel potius dicendum est, Præfationem illam a Photio tribus æque suis operibus fuisse præfixam, mutatis tantum prout res ferebat partibus propriis. Certe Lambecius sic judicavit, loc. cit. p. B 909, ubi ait: *Memorata præfatio ad* Nomocanonem *tanquam opus secundarium sed præcipue ad ipsum* Syntagma *canonum, tanquam opus primarium pertinet*. Etsi Lambecius, ut initio dixi, *Syntagma* id putat quod est *Synagoge*. Verum enimvero quod *Syntagma* nunc editum, opus Photianum sit, ipse in primis *Nomocanon* evidenter comprobat: etenim tituli, et capitula, et canonum numeri, quotquot in *Nomocanone* adumbrantur, ii ad *Syntagma* nostrum adamussim cuncti referuntur et provocant, quin ne hilum quidem aberrent. Neque hanc veritatem illud infirmat, quod in editione nostra *Syntagmatis*, p. 11, 278, 406, non autem in *Nomocanone*, laudatur synodus Constantinopolitana περὶ ἑνώσεως, quam anno 920, id est tricesimo C circiter post Photii obitum, sub Constantino et Romano basileopatore celebratam scimus. Nam primum quidem synodi ejus fragmentum recenti manu in margine codicis fuisse adjectum, dixi p. 480. Tum scimus nullam ferme esse in codicibus canonicam collectionem, cui subinde aliquid per temporis lapsum non fuerit additum sive in Græcis sive in Latinis sive etiam in Orientalibus, ut certe de Armeniacis me dicere olim memini *Script. vet.* t. X, part. II, p. 316 : ipsique adeo Photii *Nomocanoni* additamenta nescio quæ accessisse, critici homines suspicati sunt.

Hactenus de Syntagmate canonum diximus; deinceps vero de adjectis a Photio civilium legum excerptis haud omnino silendum esse videtur, quæ prorsus eadem sunt in utroque opere tum *Syntagmatis* tum *Nomocanonis*; quia etsi in *Nomocanone* D Photius breviare *Syntagma* potuit, quatenus id fuit canonicum; quatenus tamen civile, compendio non erat locus, quia sententia legum proponi arctius non poterat, quam in *Syntagmate* factum fuerat. Sed superest indagandum, utrum hanc legum defloralionem, quam *Syntagmati* attexuit, ex universo jure sumpserit auctor, an vero sibi antea *Synagogem legum* confecerit, instar ejus quam ex synodorum Patrumque tomis ab eo coacervatam retro diximus. Mihi enim valde persuasi, Synagogem illam regiarum legum, res ecclesiasticas plerumque spectantium, quæ in codice Vaticano post *Syntagma* legitur, a Photio fuisse collectam, qui postea hinc

sibi excerpta sumpserit *Syntagmati* et mox *Nomocanoni* substernenda. Utique hæc legum collectio, non sine magna tamen varietate, apud Justellum quoque in secundo volumine est. Sed utcunque ea res se habet, titulos hujus Vaticanæ *Synagoges* recitare placet.

Ἐκ τῶν μετὰ Κώδικα θείων Νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις, συνάδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι, καὶ ἐκ περιουσίας τὴν οἰκείαν ἰσχὺν νέμουσαι· αἷς τάξιν τινὰ καὶ ἀριθμὸν ἐπεθήκαμεν πρὸς σύντομον εὕρεσιν τοῦ ἐπιζητουμένου κεφαλαίου· διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, ἐκ διαφόρων διατάξεων εἶναι τὰ συνταχθέντα, ὡς ὑποτέτακται· ***Ex divalibus post Codicem Novellis constitutionibus Justiniani divinæ sortitionis, diversæ leges quæ præcipue consonant cum sacris canonibus, eisque propriam ex abundantia vim tribuunt; quibus nos ordinem quemdam numerosque apposuimus, ut expeditius reperiatur quæsitum quodque capitulum; propterea quod ex diversis constitutionibus sint coacervatæ, ut infra subjicitur.*** Cod. p. 663-697.

Διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ διατάξεων καὶ ἑτέρων βασιλέων, συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας· ***Statuta legum civilium ex novellis Justiniani et aliorum imperatorum constitutionibus, quæ favent et confirmationem adjiciunt ecclesiasticis sanctorum Patrum canonibus*** Hæc habent notas temporis, et subscriptiones Latinas, litteris singularis in jure formæ scriptas. Cod. p. 697-765.

Συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ Κώδικι καὶ τοῖς Διγέστοις καὶ ταῖς Νεαραῖς διατάξεσι, περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ πραγμάτων εὐαγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν, ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ Κώδικος· ***Collectio eorum quæ dicuntur in Codice, Digestis, et novellis Constitutionibus, de episcopis, clericis, monachis, rebus sacris, item de Judæis et hæreticis, ex primo Codicis libro.*** Cod. p. 765-840.

Συναγωγὴ τῶν σποράδην ἐν τοῖς Διγέστοις καὶ Ἰνστιτούτοις κειμένων, περὶ ἱερῶν τόπων τε καὶ πραγμάτων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς γινομένων τε καὶ πλημμελουμένων, καὶ περὶ ἱερέων, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ θυσιῶν, καὶ τῶν ἀπάγόντων τινὰς πρὸς ἀπηγορευμένας θρησκείας, καὶ περὶ ἀποτροφῆς παίδων, γερόντων, καὶ ἀσθενῶν· ***Collectio sparsim exstantium in Digestis et Institutionibus, de sacris locis ac negotiis, et de iis quæ in his fiunt vel peccantur; et de sacerdotibus; insuper de Judæis ac sacrificiis; et de iis qui aliquos abducunt ad vetitas religiones; et de alendis pueris, senibus, et ægrotantibus.***

Cur autem civilium legum excerpta canonibus A associaverit, causam narrat ipsemet Photius in fine prioris prologi : Εἴ που δὲ χρειώδη πρὸς τὰς τοιαύτας κανονικὰς συγγραφὰς τὴν πολιτικὴν νομοθεσίαν ὑπείληφα, ταύτης βραχέα τε καὶ συντετμημένα τοῖς συγγενέσι κεφαλαίοις προσήρμοσα ἐν ἰδιάζοντι μέρει τῆσδε τῆς βίβλου τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀνηκόντων εὐταξίαν, ἔν τε τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασιν, ἔν τε ταῖς τῶν σοφῶν ἁρμονίαις, σύντομον ἐν συναγωγῇ ποιησάμενος ἔκθεσιν· ἅμα μὲν εἰς ἀνάμνησιν, ἅμα δὲ πρὸς τελείαν αὐτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἔρευναν (ὁδηγήσαι)· ***Sicubi vero utiles ad hujusmodi canonica scripta civiles leges arbitratus sum, pauca quædam eaque brevia ex iis desumpta congruentibus capitulis adjunxi in propria libri hujus parte; eorum scilicet quæ ad Ecclesiæ rectum ordinem pertinent cum in regiis decretis, tum in prudentium interpretationibus, breviata quadam collectione omnino complectens; tum memoriæ causa, tum ut ad plenam ipsarum rerum indagationem lectores deducerem.*** Sed non placet hoc Leoni Allatio institutum, qui in opere *De consensu*, lib. I, cap. 15, p. 221, rationem hanc *Nomocanonum*, id est imperialium legum cum episcopalibus regulis copulam, prava erga principes assentatione progenitam judicat. Nimis id fortasse dictum severe: etenim civilis juris cum canonico comparatio, sive in *Syntagmate* nostro sive in *Nomocanone*, et multas habet utilitates, et nullum per se vitium redolere videtur. In corpore juris antejustinianei antiqua exstat Mosaicarum et Romanarum legum collatio. Insuper in Francorum regum Capitularibus, et in Barbarorum legibus apud Cancianum, quot quantaque bujusmodi habemus! Non quod sæcularis potestas rem religiosam gubernare queat, vel quidquam contra canones imperare; sed quia disciplinam judiciis episcopalibus jam constitutam boni principes regia vi roborandam ejusque praxim imperandam curabant. Cæterum etiam Beveregius, vir Anglicanus, sub rege scribens qui religiosum primatum et auctoritatem usurpaverat, fortiter admodum pro Ecclesiæ libertate et omnimoda in sacris potestate decertat ad *Pandectas canonum* Prolegom. cap. 2, Occidentalium episcoporum, præcipueque Rom. pontificum pro tuenda spiritalis rei libertate notissimus vigor est: remissiores interdum visi sunt Græci, quanquam eos luculenter prædicto loco defendit Allatius, adductis multis in medium testimoniis, quæ Græcam etiam Ecclesiam libertatem suam pro viribus conservasse demonstrant (*a*).

Placet autem mihi disputationem Allatii hac de re cumulare, prolato alio, quod apud eum non est testimonio, libro nempe synodico Ecclesiæ Constantinopolitanæ sive Actorum ejus Ecclesiæ, quem in pretioso et raro codice Vaticano deprehendi (*b*).

NOTÆ.

(*a*) Sic etiam Armeniorum Ecclesia jam inde a suis primordiis. Confer. *Script. vet* t, X, part. II, p. 310.

(*b*) In calce voluminis affirmat Andreas Darmarius, se descripsisse hunc codicem in Escurialensi bibliotheca impensis summi viri Antonii Augustini, qui reapse in editione Lucensi operum suorum, t. VII, p. 54 seq., hunc memorat inter domesticos suos codices, ejusque rubricas, seu rerum contentarum titulos, Latine recitat.

Neque alienum me id facere puto in hoc prævio sermone ad Photii opus, ubi tanta legum civilium ad canones accessio fit. Sic ergo liber synodicus f. 102 seqq. : Ἐκ δὲ τῶν πολιτικῶν νόμων, εἰ καὶ μὴ τῷ ἐκείνων ζυγῷ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ταλαντεύεται, ὅμως πρὸς σαφήνειαν τῶν ἱερῶν, εἰ δοκεῖ, κανόνων τὰ περὶ τῆς ψήφου θεωρῆσαι οὐκ ἀκαιρον· ἔχει δὲ ὁ περὶ ταύτης νόμος οὕτως· « Εἰ δὲ οἱ ὀφείλοντες « τὰ ψηφίσματα ποιεῖν, ἐντὸς μηνῶν ἐξ μὴ ποιή- « σουσι, τηνικαῦτα τῷ κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς « ἐκεῖνος ᾧ ἁρμόζει τὸν ἐπίσκοπον χειροτονείτω (c). » Σαφὴς ὁ λόγος· ἄλλοι γάρ εἰσιν οἱ ψηφιζόμενοι, καὶ ἕτερος ὁ χειροτονῶν. Ἀλλὰ τοῦτο διὰ λαϊκοὺς εἰρῆσθαι δοκεῖ· ἐκείνοις γὰρ ὁ νόμος τὰς ψήφους ἀπεναντίας τῶν κανόνων ἐπιτρέπει· ὅπερ οὐδέποτε κρατῆσαν φαίνεται, ἀλλ' ἐν γράμμασι μόνον κεῖται, ἄπρακτα κεκραγότων αὐτῶν, διὰ τὸ παρὰ τῶν Πατέρων ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀεί, ὡς ἄλλο ἀὐλόν τι ἐξελαύνεσθαι τὸ τοιοῦτον ἐπίταγμα· οὐδὲν γὰρ κοινὸν πνεύματι καὶ μαχαίρᾳ. Εἰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων λέγει, ἀλλ' οὐδὲν διὰ τοῦτο τῇ Ἐκκλησίᾳ πρόκριμα· ἀδύνατον γὰρ δίχα ψηφίσματος ἐπισκοπικοῦ χειροτονίαν προβῆναι· τέως δὲ τοῦτο περὶ τῶν πολιτικῶν νόμων. Εἰ γὰρ ἑνὸς ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου ψῆφον οὐκ ἀνέχονται οἱ θεῖοι Πατέρες παρὰ λαϊκῶν προβῆναι, πῶς ὑποστήσονται αὐτὴν ἐκείνην τὴν τὰς ψήφους καὶ χειροτονίας ὅπως ὀφείλουσιν γίνεσθαι νομοθεσίαν καὶ διδασκαλίαν παρὰ λαϊκῶν ἐκτιθεμένων παραδέξασθαι; Εἰ γὰρ τοῦτο δειχθείη, οὐ πνευματικῶς πάντως, ἀλλ' ἀνθρωπίνως τὰ θεῖα πραχθήσονται, τῶν χηφιζομένων καὶ χειροτονουμένων ἐκ τότε πάντων ἀνθρωπίνοις καὶ οὐ θείοις ἐντάλμασι τελουμένων· ἐξ οὗ καὶ ἄλλο τι συμβήσεται. Τῶν γὰρ μεταγενεστέρων ἴσως δυσαρεστουμένων ἐπὶ τοῖς περὶ ἐκκλησιαστικῶν γεγραμμένοις, εἴτε διὰ φιλοτιμίαν, τυχὸν δὲ καὶ διὰ γνώμην οὐκ αὐαγῆ, θελόντων φῦρα καὶ συγχέαι τὰ περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν θεῖα διδάγματα, λαμβανόντων ἀφορμὴν ἐκ τοῦ γράψαι τινὰς τῶν πρὸ αὐτῶν περὶ τούτων, νομοθετήσουσι καὶ αὐτοὶ πῶς μὲν ὀφείλει τὸ βάπτισμα γίνεσθαι, ὡς οὐκ ἀρεστῶς αὐτοῖς ἄρτι τελουμένου· πῶς δὲ ἡ τῆς θείας μυσταγωγίας ἱερουργία ἐπιτελεσθήσεται· καὶ ἄλλος περὶ ἄλλου, καὶ πάντες περὶ πάντων· οὐ γὰρ στήσεται τὸ κακὸν, ἀρχῆς δοθείσης ἀτόπου, μέχρις ἂν ὑπορύττειν αὐτὸ τὸ τῆς Τριάδος καὶ παραχαράττειν τολμήσουσι τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ἀλλ' ὧν ἵνα μὴ ταῦτα γένηται, οὐδείς που νόμος πολιτικὸς οὐδαμῶς οὐδέποτε τοῦ Πνεύματος περιεγένετο· ἀλλ' ὥσπερ τὰ νεκρὰ κυοφορούμενα βρέφη, αὐτατς ἐναποθνήσκει ταῖς μήτραις, οὕτως καὶ τῶν πολιτικῶν νόμων ὅσοι τοῖς τοῦ Πνεύματος ἀντιφθέγγονται, νεκροὶ καὶ ἀνεβιατοι αὐτόθεν ἐξ αὐτῆς ἀρχῆς ἐκφέρονται.

In civilibus autem legibus, quanquam non ad harum lancem ecclesiastica res librantur, nihilominus ad illustrandos si placet canones, ea quæ de suffragiis sive electione dicuntur, considerare non est intempestivum. Sic ergo de electione lex : « Quod si ii, qui suffragia conferre debent, intra semestre tempus id minime fecerint, tunc animæ suæ periculo, is ad quem pertinet, episcopum ordinet. » Perspicua sententia est : etenim alii sunt qui suffragia conferunt, alius qui ordinat. Verum hæc de laicis dicta videntur ; namque his lex, contra canonum auctoritatem, suffragia permittit : quæ res tamen firmitatem nullam obtinuit, sed in scriptis otiosa jacet : frustra enim clamitant leges, propterea quod Patres mandata hujusmodi, tanquam aliena et obtrusa, ex Ecclesia repulerunt. Non enim quidquam commune habent spiritus et gladius. Quod si forte de episcopis loquitur lex, nullum hinc præjudicium contra Ecclesiam conflatur, quandoquidem sine episcopali suffragio ordinatio nulla peragitur. Sed hactenus de civilibus legibus. Nam si vel unius episcopi, aut presbyteri aut diaconi electionem non patiuntur Patres a laicis procedere, quomodo hi legem vel doctrinam a laicis proponi tolerarent, quæ electionem atque ordinationum normam præscriberet? Si enim hoc eveniret, jam non spiritaliter, sed humanitus res divinæ administrarentur : siquidem exinde tum electiones omnes tum ordinationes humanis non divinis jussibus fierent. Ex quo alia quoque consectanea deducerentur : fortasse enim posteri nostri ægre ferentes ea quæ in jure ecclesiastico scripta sunt, sive ambitione inflati, sive etiam ob mentis aliquam pravitatem, perturbare et confundere divinos fidei nostræ articulos volent ; captantesque ansam ex iis qui ante ipsos scripserunt, leges et ipsi statuent, quomodo baptisma administrari debeat, ceu si minime ipsis placeret quod hactenus est factitatum : item quo ritu sacræ missæ liturgiam perfici oporteat ; sicque alius alia præscriberet, cunctique de omnibus statuere vellent. Neque enim ullus esset mali finis, si hoc absurdum initium fieret, donec ipsum audacter suffoderent Trinitatis mysterium atque universam delerent religionem. Quamobrem ne talia eveniant, nullam uspiam ullo tempore civilem legem dominari spiritui concessum fuit ; sed veluti emortui conceptui in ipsis exstinguuntur uteris, sic quæcunque civiles leges spiritui contradicunt ; cassæ viribus jam usque ab origine mortuæque pariuntur.

Postremum monitum ad lectorem sit, nihil in Photii *Syntagmate* esse schismaticum, nihil studio partium dictum ; prisci enim tantummodo Ecclesiæ canones recitantur ; ne quis forte imperitus, audito nomine Photii, repente pallescat.

NOTÆ.

(c) Apud nos in *Syntagmate*, p. 49 ex *Novellis*.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

SYNTAGMA CANONUM.

ΤΙΤΛΟΣ Α'.

ΠΕΡΙ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ, ΚΑΙ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΣΑΙ ΚΑΝΟΝΩΝ, ΚΑΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΩΝ.

TITULUS I.

DE THEOLOGIA, ET FIDE ORTHODOXA, ET CANONIBUS ATQUE ORDINATIONIBUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ. — Περὶ θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. A

Ἀποστόλων κανὼν μθ', ν'.

μθ'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν, μὴ βαπτίσει εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ εἰς τρεῖς υἱοὺς, ἢ εἰς τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

ν'. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσει, ἀλλ' ἓν βάπτισμα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος, Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλὰ, Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Συνόδου Κωνσταντινουπόλεως κανὼν α', ε'. B

α'. Μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν Πατέρων, τῶν τιη', τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν· καὶ ἰδικῶς, τὴν τῶν Εὐνομιανῶν, εἴτουν Ἀνομοίων· καὶ τὴν τῶν Ἀρειανῶν, εἴτουν Εὐδοξιανῶν· καὶ τὴν τῶν Ἡμιαρείων, εἴτουν Πνευματομάχων· καὶ τὴν τῶν Σαβελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Μαρκελλιανῶν, καὶ τὴν τῶν Φωτεινιανῶν, καὶ τὴν τῶν Ἀπολιναριανῶν.

ε'. Περὶ τοῦ τόμου τῶν Δυτικῶν καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀπεδεξάμεθα τοὺς μίαν ὁμολογοῦντας Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος θεότητα.

Συνόδου Ἐφέσου κανὼν ζ'.

ζ'. Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία C σύνοδος ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προσφέρειν,

1 CAPUT PRIMUM. — *De theologia et fide orthodoxa.*

Apostolorum canones 49, 50.

49. [48] Si quis episcopus vel presbyter ex Domini ordinatione non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sed in trium principii expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur.

50. [49] Si quis episcopus vel presbyter, non tria unius mysterii baptismata perfecerit, sed unum baptismum, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus : In mortem meam baptizate : sed, *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [1].

Concilii Constantinopolitani canones 1, 5.

1. Trecentorum decem et octo Patrum qui Nicææ convenerunt fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere, et omnem hæresim anathematizari, et specialiter Eunomianorum, sive Anomœorum, et Arianorum, [2] sive Eudoxianorum, et Semiarianorum, sive Spiritus sancti adversariorum, et Marcellianorum, et Photinianorum, et Apollinaristarum.

5. De libello (1) Occidentalium, etiam eos suscepimus, qui Antiochiæ unam Patris, et Filii, et Spiritus sancti deitatem confitentur.

Concilii Ephesini canon 7.

7. His igitur perlectis, statuit sancta synodus, alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere,

[1] Matth. XXVIII, 19.

NOTÆ.

(1) Definitionem intellige fidei Nicænæ ab episcopis Occid. Sardicæ firmatam, teste Balsamone.

aut componere, præter definitam a sanctis Patribus qui in Nicæa cum Spiritu sancto congregati fuerunt.

Concilii Carthaginensis canon 2.

2. *De Trinitate prædicanda*, universum concilium dixit : Deo propitio, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioso, primitus confitenda est ; tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum ex consensu omnium est asservandus. Ad corroborandas autem fratrum et coepiscoporum nostrorum nuper promotorum mentes, ea proponenda sunt, quæ a Patribus certa dispositione accepimus, ut Trinitatis, quam nostris in sensibus consecratam retinemus, Patris, et Filii, et Spiritus sancti unitatem, quæ nullam noscitur habere differentiam, sicuti didicimus,ita Dei populos instruamus.Item ab universis episcopis nuper promotis dictum est: Plane sic accepimus, sic tenemus sic docemus, fidem evangelicam cum vestra doctrina sequentes.

Concilii œcumenici VI *canones* 1, 73, 81.

1.Ordo est optimus ei,qui omnem orationem et 3. rem incipit,et a Deo incipere.et in Deum desinere, ut dicit Theologus. Quocirca cum et pietas a nobis clare prædicetur, et Ecclesia, in qua Christus est fundamentum, assidue augeatur,ac promoveatur, ut ea supra cedros Libani extollatur : et nunc sacros canones ordientes,statuimus fidem a Verbi ministris, quique ipsum suis oculis viderunt, et a Deo electi sunt,apostolis traditam, citra ullam innovationem immutabiliterque ac inviolabiliter esse servandam.Præterea autem et trecentorum decem et octo sanctorum Patrum qui Nicææ convenerunt sub Constantino, qui fuit noster imperator, adversus impium Arium,et gentilem ab eo dogmatizantem deitatis diversitatem,vel deorum potius, ut aptius dicam,multitudinem: qui nobis unanimi fidei agnitione consubstantialitatem,in tribus divinæ naturæ consistentibus personis, et revelaverunt, et declararunt, hanc sub ignorantiæ modio absconditam esse non sinentes; sed Patrem, et Filium,et Spiritum sanctum una adoratione fideles adorare aperte docentes; et ab hæreticis ex arena constructa adversus rectam opinionem puerilia ludibria dejicientes et subvertentes. Similiter et eam, quæ sub Theodosio majore,qui fuit noster imperator,a centum quinquaginta sanctis Patribus,qui in hac urbe imperante convenerunt, prædicata est,fidem confirmamus,de Spiritu sancto voces quæ eum Deum esse statuunt,amplectentes, et profanum Macedonium una cum prioribus veritatis inimicis expellentes; ut qui eum qui dominatur,servum esse decernere ausus sit; et insectilem unitatem secare 4 prædonis more voluerit, ut non esset perfectum fidei [G. spei] nostræ mysterium : una etiam cum isto odioso ac detestabili, quique adversus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem ejusdem iniquitatis mysten una condemnantes : qui Domi-

ἤγουν συγγράφειν ἢ συντιθέναι, παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συναχθέντων σὺν ἁγίῳ Πνεύματι.

Συνόδου Καρθαγέννης κανὼν β'.

Σημείωσαι. Ἀπὸ τοῦ παρόντος νόμου καὶ μόνου ἀναφαίνεσθαι τὸ μὴ ἀπολύεσθαι ἐκ τῆς ὑπεξουσιότητος διὰ τὸ κληρωθῆναι. Τὸ δὲ ἔχειν ὑπεξούσιον κληρικὸν τὰ ἀφ' οἱουδήποτε τρόπου ἐπικτηθέντα αὐτῷ πράγματα κατὰ δεσποτείαν καὶ χρῆσιν καθ' ὁμοιότητα τῶν στρατιωτικῶν πεκουλίων μὴ ἐκλαβοῦ, καὶ εἰς τὰ ἀπὸ ληγάτων ἢ κληρονομῶν ἢ δωρεῶν περιελθόντα αὐτοῖς τὰ καὶ λεγόμενα πεκούλια ἄπροσπόριστα. Ἀλλὰ εἰς μόνα τὰ προφάσει τοῦ κλήρου ἐπικτηθέντα αὐτοῖς. Οὕτω γὰρ ἐκληπτέον τὸ ἀφ' οἱουδήτινος τρόπου, ὅτι οὐδὲ ἀνετράπησαν ὑπὸ παρόντος νόμου, οἱ περὶ τῶν πεκουλίων νόμοι. Ζήτει δὲ καὶ τὸν λβ' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ἕτερον τι διδάσκοντα παρὰ τὸν παροντα νόμον χάριν τῶν προφάσει τοῦ κλήρου περιελθόντων πραγμάτων εἰς τοὺς κληρικοὺς καὶ χάριν τῶν ἐνδιαθήκοις καταλιμπάνεσθαι ὀφειλόντων ὑπὸ τούτων πραγμάτων · νομίζω γὰρ ὡς προτιμηθήσονται τὰ τοῦ κανόνος κἂν ἀπὸ συνηθείας τοῦτο οὐ γίνεται. Καὶ ταῦτα μὲν χάριν τῶν πραγμάτων τῶν κληρικῶν, καὶ τῆς ὑπεξουσιότητος αὐτῶν τὰ δὲ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ μόνον ἀρχοντίκια ἀπολύοντι τῆς ὑπεξουσιότητος τοὺς κληρικούς, καὶ ἀνάγνωθι τὰ περὶ τούτου παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὸ λς' κεφ. τοῦ παρόντος τίτ. Τὸ δὲ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ-

ναθεν ἀπαλλάττει τοὺς χειροτονουμένους ἐκ τῆς ὑπεξουσιότητος, καθὼς καὶ τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ αὐτῷ νεφ. πλατύτερον παρεδηλώσαμεν.

Ἕτερον σχόλιον. Σημείωσαι. Ὁ μὲν συνθέμενος τὸ νομοκάνονον πατριάρχου μέλλων διδάξαι τίνες εἰσὶ κληρικοὶ παρέπεμψεν αὐτὸ εἰς τὸν κδ' κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου συναριθμοῦντα τοῖς κληρικοῖς καὶ τοὺς μοναχούς. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀφίστημαι ὧν ἔγραψα εἰς τὸν ιδ' κανόνα τῆς ζ' συνόδου, καὶ ἀνὰ ταῦτα. Προστίθημι δὲ τοῖς γραφεῖσιν καὶ ταῦτα, ὅτι εἰ δοθῇ ἀπὸ μόνης τῆς ἀποκάρσεως ἀναγνώστας εἶναι τοὺς μοναχοὺς ἀδιαστίκτως τὰ τῶν ἀναγνωστῶν ἐνεργήσουσι πάντες μοναχοὶ ἀποκεκαρμένοι κἂν παρὰ μοναχῶν ἱερέων ἀπεκάρησαν μήτε ἡγουμένων ὄντων, μήτε ἀπὸ ἐπισκόπου λαβόντων τὸ ἐνδόσιμον, ὅπερ ἄτοπον καὶ γυναιξὶ δὲ μοναχαῖς τοῦτο τὸ δίκαιον ἐπιφιλοτιμηθήσεται διὰ τὴν ἀπόκαρσιν, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ πλέον ἀτοπώτατον. Μὴ γοῦν πρόσχῃς τῇ κακῇ συνηθείᾳ, ζήτει δὲ τὴν διάλυσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ' — Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαι οὔτινος ἡ γυνὴ ἐμοιχεύθη, καὶ ἐὰν γυνὴ κληρικοῦ μοιχευθῇ.

Συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν η'.

Κείμενον. Καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος κ. τ. λ., usque ad ῥεπουδίου ρλδ' νεαρᾶς.

Σχόλιον. Ὁ θ' τίτ. τοῦ θ' βιβλίου τοῦ κώδικος ἐτέθη ἐν βιβλίῳ ξ' τῶν Βασιλικῶν τίτ. λζ' κεφ. μβ', τοῦτο δὲ τὸ νεφ, παρελείφθη· ἡ ρλδ' νεαρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐτέθη ἐν βιβλίῳ κη' τῶν Βασιλικῶν τίτ. ζ', κεφ. α', θ', να', τίτ. ζ', ἐν μέρει οὕτως ἔχοντι· Τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα ταῖς προσηκούσαις ὑποβαλλομένην ποιναῖς ἐν μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι, καὶ εἰ μὲν εἴσω διετίας ὁ ἀνὴρ αὐτὴν ἀναλαβεῖν βουληθείη ἐξουσίαν αὐτῷ διδόαμεν τοῦτο ποιεῖν, καὶ συνοικεῖν αὐτῇ μηδένα κίνδυνον ἐντεῦθεν ἐλαβουμένῳ, μήτε διὰ τῶν ἐν μέσῳ γινομένων καταβλαπτομένου τοῦ γάμου, καὶ ταῦτα μέν φησιν ὁ πολιτικὸς νόμος. Καὶ ἔχε τὰ τῆς νεαρᾶς ταύτης ἐπὶ τῶν λαϊκῶν, ὁ γὰρ ἐκκλησιαστικὸς νόμος ἤτοι ὁ η' κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου οὔτε τὸν ἄνδρα τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς εἰς ὑπηρεσίαν ἱερατικὴν παραχωρεῖ ἔρχεσθαι, οὔτε τὸν ἱερέα τὸν σύζυγον τῆς μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθείσης παραχωρεῖ καὶ αὖθις εἶναι ἱερέα, ἀλλὰ ἀναγκάζει τοῦτον ἀπολῦσαι τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ θέλει τέως ἱερατεύειν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'. — Περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαι κληρικὸν ἀπολελυμένως, ἀλλὰ πάντως εἰς ἐκκλησίας, ἢ μοναστήρια.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν κϛ'.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'. — Περὶ περιοδούντων, καὶ τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἐκκλησιῶν.

Συνόδου Λαοδικείας κανὼν νζ'.

Κείμενον. Ἡ ια' διάτ., τοῦ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλίου, λέγει, κ. τ. λ., usque ad ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν.

Σχόλιον. Ἡ ια' διάτ. του γ' τίτ. τοῦ κώδικος ἐτέθη εἰς βιβ. γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτ. γ', κεφ. ϛ', οὕτως ἔχον· Ἐξ αὐτῆς τῆς κώμης ἐν ᾗ ἐστιν ἡ ἐκκλη-

potestate liberat, quemadmodum hoc etiam in eodem capite latius demonstravimus.

Aliud scholium. Patriarcha, qui nomocanonem composuit, docturus quinam sint clerici, [lectorem] mox remisit ad canonem 24 concilii Laodiceni, qui clericis etiam monachos connumerat. Ego vero non recedo ab iis quæ in canonem 14 concilii septimi scripsi, quæ lege. Quin scriptis adjicio, quod si concedatur per solam tonsionem monachos fieri lectores, citra distinctionem quicunque monachi tonsi, quæ lectorum [propria] sunt, facient: tametsi a monachis sacerdotibus, qui [monasteriorum] præsules non sunt, neque ab episcopo [tondendi] facultatem acceperunt, tonsi sint: quod absurdum est. Imo vero mulieribus monachis hoc jus propter tonsionem etiam indulgeri debebit, quod longe absurdissimum est. Ne igitur ausculles malæ consuetudini, sed correctionem quæras.

CAP. XXXII. — *Ne ordinetur, cujus uxor adulterium commisit, et si clerici uxor adulterium commiserit.*

Concilii Neocæsariensis canon 8.

Textus. Etiam lex civilis etc., *usque ad* novellæ 134 de repudiis, *ut pag.* 535.

Scholium. Tit. 9 lib. IX cod. positus est in lib. Basil. LX, tit. 37, cap. 42. Hoc vero caput omissum est. Novella [autem] Justiniani 134 posita est in lib Basil. XXVIII, tit. 7, cap. 1, themate 7, quod pro parte ita habet: Mulier vero quæ adulterium commisit, competentibus subdita pœnis, in monasterium conjiciatur; atque si maritus intra biennium eam recipere voluerit, damus ei hujus agendi licentiam, ut et in matrimonio eam habeat, neque ullum ex hoc revereatur periculum: matrimonio quoque per ea quæ medio tempore facta sunt, non lædendo. Atque hæc quidem civilis lex. Intellige vero hanc novellam de laicis. Ecclesiastica namque lex, sive canon 8 concilii Neocæsariensis, neque maritum mulieris adulteræ ad sacerdotale ministerium devenire, neque sacerdotem maritum mulieris, quæ post [ipsius] ordinationem adulterium commisit deinceps sacerdotem esse sinit: sed hunc uxorem adulteram, si modo sacerdotio fungi velit, repudiare cogit.

CAP. XXXIII. — *Ne clericus in liberum ministerium, sed omnino in [certam] ecclesiam aut monasterium ordinetur.*

Concilii Chalcedonensis canon 6.

CAP. XXXIV. — *De circuitoribus, et vicorum ecclesiis.*

Concilii Laodiceni canon 57.

Textus. Const. 11, tit. 3, lib. I, dicit, etc., *usque ad* per dominos compellantur, *ut pag.* 558.

Scholium. Constit. 11, tit. 3, lib. I cod. posita est in lib. Basil. 3, cap. 6, quod sic habet: Ex eodem vico, in quo est ecclesia, secundum proportionem

loci, judicio episcopi clerici ordinantor: ac propriam capitationem agnoscunto. Constit. 16 ejusdem tit. et lib. in Basil. non est posita. Constit. autem 2, tit. 1 Novellarum, est novella Justiniani 123, positaque est in lib. Basil. III, tit. 1, cap. 38, quod sic habet: Ascriptitios vero in his solis possessionibus quarum ascriptitii sunt, clericos citra voluntatem dominorum fieri concedimus : ea tamen conditione, ut clerici facti nihilominus impositam sibi agricolationem adimpleant. Scias autem, quod hæc novella, quæ de ascriptitiis [tractat] aliter habuit, priusquam componeretur corpus Novellarum, et aliter in corpore scripta, et in Basil. transposita est. Antea enim et capitationis (quod etiam capita Latinis dicitur) mentio facta, et ascriptitios per substitutos ruralia officia exsequi [debere] statutum fuerat. In corpore vero [Novellarum] alterum ipsorum (de capitatione nempe) non est positum. Quapropter etiam quantum ad capitationem sive canonarium [tributum] attinet, ad legem superius insertam, atque in lib. III, cap. 6, positam : quantum vero ad ascriptitios, ad canonem 57 Laodiceni concilii, et novellam Justiniani 123, sive caput 38, tit. 1 lib. III Basil. quod itidem superius insertum est, te referre debes. De canonario autem [tributo], et consuetudinibus quæ pro ordinatione dantur, huc usque [in republica] vim habet aurea bulla celebris istius imperatoris Isaaci Comneni, quæ partim ita habet : Statuit vero imperatoria mea majestas, ut etiam in ordinatione sacerdotum et canonariis [tributis] vetus forma auctoritatem obtineat: et nihil in ordinatione episcopus qui ordinat, amplius accipiat, quam præstimatæ monetæ imperatoriæ meæ majestatis septem aureos nummos duntaxat: unum videlicet, quando ordinandum faciat simplicem papam sive lectorem ; tres, quando ordinat diaconum ; alteros tres, quando sacerdotem sive presbyterum perficit, sic similiter pro canonario [tributo] a vico triginta infumibula habente, similem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, hordei modios sex, vini mensuras sex, farinæ modios sex, gallinas triginta : a vico vero qui viginti infumibula habet, aurei bessem, pro duobus argenteis argenteum [unum], agnum dimidiatum, hordei modios quatuor, vini mensuras quatuor, farinæ modios quatuor, et gallinas viginti : a vico denique qui decem infumibula habet, argenteos quinque, agnellum unum, hordei modios duos, vini mensuras duas, farinæ modios duos, et gallinas decem : quemadmodum [hæc] in veterum Actuariorum sigillis etiam perscripta sunt. Atque [hæc quidem dandarum] specierum conveniens ordinatio imperatoriæ meæ majestati placuit. Cum hac vero aurea formali bulla confectus est etiam 15 mensis Januarii indictionis 10, a sanctissimo illo patriarcha domino Nicolao synodalis commentarius, qui jubet, ut secundum hanc auream bullam canonaria [tributa], ac pro ordinatione [dari solita] dentur.

A σία κατὰ ἀναλογίαν τῶν τόπων κληρικοῖ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου χειροτονείσθωσαν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐπιγινωσκέτωσαν κεφαλιτιῶνα. Ἡ ις' διάτ. τοῦ αὐτοῦ τίτ. καὶ βιβλίου οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ Βασιλικά. Ἡ δὲ β' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ργ', καὶ ἐτέθη εἰς βιβλίον τῶν Βασιλίκων γ', τίτ. α', κεφ. λη', οὕτως ἔχον· Τοὺς ἐναπογράφους ἐν αὐταῖς μόνον ταῖς κτήσεσιν ἐν αἷς εἰσιν ἐναπόγραφοι, κληρικοὺς καὶ παρὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν γίνεσθαι συγχωροῦμεν, ἐφ' ᾧ μέντοι ὥστε κληρικῶς αὐτοὺς γινομένους τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς γεωργίαν πληροῦν. Πλὴν γίνωσκε ὅτι αὕτη ἡ νεαρὰ ἡ περὶ τῶν ἐναπογράφων ἄλλως εἶχε πρὸ τοῦ συντεθῆναι τὸ πλάτος τῶν Νεαρῶν, καὶ ἄλλως ἐγράφη εἰς τὸ πλάτος, καὶ μετετέθη εἰς τὰ Βασιλικά· πρότερον μὲν
B γὰρ καπιτιῶνός τε ἐμέμνητο ἤτοι κεφαλιτιῶνος, ὅτι καὶ καπίτους ἡ κεφαλὴ κατὰ Λατίνους λέγεται, καὶ δι' ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν τοὺς ἐναπογράφους διωρίζετο. Εἰς δὲ τὸ πλάτος καὶ εἰς τὰ Βασιλικὰ τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν ἤτοι τῆς κεφαλιτιῶνος οὐκ ἐτέθη. Διὸ καὶ ὀφείλεις προσέχειν χάριν μὲν τῆς κεφαλιτιῶνος ἤτοι τοῦ κανονικοῦ τῷ ἄνωθεν καταστρωθέντι νόμῳ καὶ κειμένῳ ἐν βιβλίῳ γ', τίτ. γ', κεφ. ς', χάριν δὲ τῶν ἐναπογράφων τῷ νζ', κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ τῇ ργ'. Ἰουστινιανείῳ νεαρᾷ, ἤγουν τῷ λη' κεφ. τοῦ α' τίτ. τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, τῷ καὶ ἄνωθεν καταστρωθέντι. Χάριν δὲ τοῦ κανονικοῦ, καὶ τῶν ὑπὲρ χειροτονίας διδομένων συνηθειῶν, ἐνεργεῖ μέχρι τοῦ νῦν χρυσόβουλλον τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως Κυρίου Ἰσαακίου τοῦ
C Κομνηνοῦ οὕτως ἔχον ἐν μέρει· Τυποῖ δὲ ἡ βασιλεία μου, καὶ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἱερέων, καὶ ἐπὶ τῷ κανονικῷ τὸν παλαιὸν ἐνεργεῖν τύπον, καὶ μηδὲν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ λαμβάνειν πλέον τὸν χειροτονοῦντα τοῦτον ἐπίσκοπον, ἀλλ' ἢ μόνα τὰ ζ' χρυσᾶ νομίσματα τῆς προτιμωμένης χαραγῆς τῆς βασιλείας μου, ἤγουν ἓν μὲν ὅτε ποιεῖ αὐτὸν λιτὸν παπᾶν ἤτοι ἀναγνώστην, τρία δὲ ὅτε χειροτονεῖ αὐτὸν διάκονον, καὶ ἕτερα τρία ὅτε πληροῖ αὐτὸν ἱερέα, ἤτοι πρεσβύτερον. Ὡσαύτως καὶ ὑπὲρ τοῦ κανονικοῦ ἀπὸ τοῦ ἔχοντος χωρίου λ' καπνούς, νόμισμα ἓν χρυσοῦ ὅμοιον, ἀργυρᾶ δύο, κριὸν ἕνα, καρπὸν μοδίους ἕξ, οἴνου μέτρα ἕξ, ἀλεύρου μόδια ἕξ, καὶ ὀρνίθια λ', ἀπὸ δὲ τοῦ ἔχοντος κ' καπνούς, τὸ δίμοιρον τοῦ νομίσματος, καὶ ἀντὶ τῶν δύο ἀργυρῶν ἀργυροῦν α' μέσαρνον ἕν,
D κριὸν μόδια δ', οἴνου μέτρα δ', ἀλεύρου μόδια δ', καὶ ὀρνίθια κ'· ἀπὸ δὲ τοῦ ἔχοντος ι', καπνοὺς χωρίου, ἀργυρᾶ ε', ἄρνα ὃν, καρπὸν μόδια β', οἴνου μέτρα β' ἀλεύρου μόδια β', καὶ ὀρνίθια ι'. Καθὼς καὶ ἐν τοῖς σιγίλλοις τῶν παλαιῶν πραιτόρων ἀναγράφονται, καὶ ἡ σύμφωνος κατάθεσις τῶν ὅλων θεματικῶν παρέστησε τῇ βασιλείᾳ μου. Σὺν τῷ τοιούτῳ δὲ χρυσοβούλλῳ τυπικῷ γέγονε καὶ σημείωμα συνοδικὸν κατὰ τὴν ιε' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς ι', ἰνδιατιόνος παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Νικολάου παρακελευόμενον κατὰ τὸ τοιοῦτον χρυσόβουλλον δίδοσθαι τὰ κανονικὰ, καὶ τὰ ὑπὲρ χειροτονίας.

Σημείωσαι. Ἀναγκαῖον διὰ τὰ ζητούμενα κανονικὰ παρὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ μὴ διδόμενα ἴσως, οἱ πλείους γὰρ τῶν λαϊκῶν οὐ διδόασι καλοθελῶς πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς αὐτῶν τὰ κανονικὰ λέγοντες τὸ εὐαγγελικὸν ῥῆμα, Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε, ὑπερ ἐστὶν ἀμέτοχον, οὐδὲ γὰρ ἐστι μισθὸς τὸ χάριν ἀπὸ τροφῆς διδόμενον τῷ ἀρχιερεῖ.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'. — Περὶ τοῦ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον A τῆς πόλεως εἶναι τοὺς κληρικοὺς τῶν πτωχείων, καὶ μοναστηρίων, καὶ μαρτυρίων.

Συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν η'.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ' = Περὶ δούλων κληρουμένων.

Ἀποστόλων κανὼν πβ'.

Κείμενον. Ἡ λζ' διάταξις, τοῦ γ' τίτ., τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος φησὶν, κ. τ. λ., usque ad ὑπεξουσιότητος.

Σχολιον. Ὁ γ' τίτ. τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος ἐτέθη ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν κεφ. β'. Πλὴν τὸ κεφ. τοῦτο παρελείφθη εἰς τὴν ἀνακάθαρσιν, καὶ οὐκ ἐτέθη. Ἡ β' διάτ. τοῦ α' τίτ. τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρκγ. Καὶ ἐτέθη εἰς βιβλίον τῶν Βασιλικῶν γ', τίτ. α', κεφ. λζ', οὕτως ἔχον, ὡς συνωψίσθη. Τὸ δὲ ἐλευθεροῦσθαι τοὺς ἐναπογράφους B μέρος ἐστὶ τῆς αὐτῆς ρκγ' νεαρᾶς, καὶ ἐτέθη ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν τίτ. α' κεφ. ια', ἔχοντι οὕτως · Μετὰ δὲ τὴν χειροτονίαν καὶ δουλικῆς ἐναπογράφου τύχης τοὺς ἐπισκόπους εἶναι ἐλευθέρους κελεύομεν, εἰ μὴ ταξεώτης παρὰ τὴν προειρημένην χειροτονηθείη παρατήρησιν. Τοὺς γὰρ τοιούτους τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινουμένους τῇ τάξει ἀποκαθίστασθαι κελεύομεν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς τοιαύτης τύχης τῇ ἱερωσύνῃ ὕβρις γένηται. Ἡ μέντοι πα' Ἰουστινιάνειος νεαρὰ κεῖται εἰς βιβλίον λα' τῶν Βασιλικῶν τίτ. ε', κεφ. α', οὕτως ἔχον περὶ τὴν ἀρχήν· Θεσπίζομεν τούς τε ἐμβάθμους ὑπάτους. Καὶ ἐφ' ἑξῆς παρακελεύεται ἡ αὐτὴ νεαρὰ ἵνα πάντες οἱ ἀξιωματικοὶ καὶ οἱ ἔχοντες ὀφρίκια ἄρχοντες αὐτεξούσιοι ὦσι, κἂν τῆς πατρικῆς χειρὸς οὐκ ἔφθασαν ἀπολυθῆναι. Ἡ C μέντοι θ', ι' καὶ ια' νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου παρακελεύονται τὸν κληρωθέντα δοῦλον ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ δεσπότου, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν μονάσαντα καὶ τὸν γεγονότα ἐπίσκοπον ἀποκαθίστασθαι τῷ προτέρῳ δεσποτῃ. Σὺ γοῦν μαθὼν ἀπὸ τοῦ ια' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὅτι καὶ δουλικῆς ἐναπογράφου τύχης οἱ ἐπισκοπικῷ τετιμημένοι ἀξιώματι ἐλευθεριάζουσι, μὴ ἐναντιωθῇς τῷ λζ' κεφ. τοῦ αὐτοῦ τίτ. καὶ βιβλίου, λέγοντι, μὴ ἄλλως τὸν δοῦλον ἐλευθεροῦσθαι κἂν κληρωθῇ, εἰ μὴ παρακολουθήσει καὶ τοῦ δεσποτου εἴδησις, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο νοει καὶ ἐκεῖνο τὸ κεφ. οἱ γὰρ λέγοντες, ὅτι διὰ τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα ἐλευθεροῦται ὁ δοῦλος κἂν παρὰ γνώμην τοῦ δεσποτου ἐπίσκοπος γένηται, οὐ καλῶς λέγουσιν. Ἑρμηνεύεται γὰρ τὸ τοιοῦτον κεφ. ἀπὸ τοῦ ἐφ' ἑξῆς κεφ. μιᾶς γάρ εἰσι νεαρᾶς καὶ ἀμφότερα, καὶ πάντως ἀπὸ τοῦ μεταγενεστέρου ἤτοι τοῦ λζ' κεφ. τὸ προγενέστερον κεφ. ἤτοι τὸ ια' ἑρμηνευθήσεται. Αἱ Νεαραὶ δὲ τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, ἃς καὶ ἀνάγνωθι μετ' ἐπιμελείας, καὶ τὸν κληρωθέντα, καὶ τὸν μονάσαντα, καὶ τὸν ἐπίσκοπον γεγονοτα δοῦλον ἀποκαθιστῶσι πρὸς τὴν προτέραν δουλικὴν τύχην, ἂν ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ δεσποτου τοιούτου τινὸς ὁ δοῦλος ἀξιωθῇ,

CAP. XXXV. — *Ut ptochiorum, monasteriorum, et martyriorum clerici sub episcopo civitatis sint.*

Concilii Chalcedonensis cap. 8.

CAP. XXXVI. — *De servis qui clerici fiunt.*

Apostolorum canon 82.

Textus. Const. 36, tit. 3, lib. I cod. ait, servum, etc., *usque ad* quis liberetur, *ut pag.* 559.

Scholium. Tit. 3, lib. I cod. positus est in lib. III Basil. cap. 2. Verumtamen hoc cap. in repurgatione omissum, et non positum est. Const. 2 tit. 1 Novellarum, est Novella Justiniani 123, positaque est in lib. Basil. III, tit. 1, cap. 37, quod sic habet, uti in compendio propositum est. Quod vero ascriptitii liberentur, pars est ejusdem novellæ B 123, positumque est in lib. Basil. III, tit. 1, cap. 11, quod sic habet : Post ordinationem vero servili ascriptitiorum fortuna episcopos liberos esse jubemus: nisi cohortalis præter prædictam observationem ordinatus sit. Ejusmodi enim remotos ab episcopatu cohorti suæ restitui jubemus, ne qua ex tali fortuna sacerdotio oboriatur contumelia. Cæterum Justiniani 81 novella posita est in lib. XXXI Basil. tit. 5, cap. 1, quod sic in initio habet: Sancimus, ut ordinarii consules. Ac deinceps jubet eadem novella, ut quicunque magistratus, dignitates et officia habet, sui juris sit, tametsi a patre emancipatus non fuerit. Atqui 9, 10, 11, imperatoris domini Leonis Philosophi Novellæ jubent, ut qui servus ignorante domino aut clericus, C aut monachus, aut episcopus factus fuerit, is pristino domino restituatur. Tu igitur ubi ex 11 cap. tit. 1 lib. III Basil. didicisti, servili ascriptitiorum fortunæ obnoxios, posteaque episcopali dignitate fuerint honorati, liberos esse : ne adverseris 39 cap. ejusdem tit. et lib. quod non aliter servum, tametsi clericus factus sit, liberum fieri dicit, quam si domini cognitio [ad eam rem] accesserit: sed secundum hoc illud etiam caput intelligas. Siquidem qui servum, licet præter voluntatem domini episcopum factum, et liberum esse dicunt : non recte dicunt. Hoc namque caput ex posteriore capite interpretationem accipit. Etenim [quanquam] ambo ejusdem novellæ sint, omnino [tamen] a posteriore, nempe 37 capite, prius, nempe 11 caput, interpretationem D accipiet. Novellæ porro imperatoris domini Leonis Sapientis quas [tu] diligenter lege, servum clericum monachum, aut episcopum factum, si ignorante domino, aliquo horum dignus habitus est, in pristinam servilem restituunt conditionem. Verum enim vero postquam novellam 10 ejusdem imperatoris domini Leonis Sapientis inveni (quæ olim dominum ad tres usque annos fugitivum servum monachum factum revocare potuisse; hoc autem tem-

pore exacto, exclusum fuisse dicit: atque ut servus in monasterio monachus factus, quocunque tandem tempore inveniatur, in pristini domini potestatem redigatur: neque quod servus lateat, ex triennii decursu dominus laedatur, sed summa diligentia [illegible] de triennio [illegible] quaesivit sed non invenit: extra quam id solum, quod superius interim dominum intra annum servum suum citra voluntatem suam clericum factum investigare posse dicit. Quocirca et non sequi cogitur, quae a Sapiente sunt constituta. Existimo vero, quod si quis novellam etiam extenuare velit, [non] magnam omnino ambiguitatem inventurus sit. Etenim si, ut haec dicit, dominus fugitivum servum monachum factum, donec ille compareat, investigat: omnino ex contraria oppositione servum monachum non in fuga exsistentem, sed manifestum, intra triennium tantummodo dominus revocabit: atque si ita non fecerit, ab hoc excluditur: id quod dicta Justiniani novella intra annum fieri [debere] statuit. Si haec ita dixeris atque interpreteris, conciliabuntur imperatorum novellae, praeterquam in solo tempore, quod consolandi domini causa in triennium protenditur. Ex Justiniani novella 123 [quae] ut dictum est, posita [est] in lib. III Basil. tit. 1, ac statuit, ut post ordinationem a servili ascriptitiorum fortuna episcopi liberi sint: itemque ex novella 81 [quae] posita [est] in lib Basil XXXI, tit. 5, cap. 1, quaeque jubet ut quicunque ab imperatoribus, dignitatibus officiisve praefectoriis honorati fuerint, patria potestate etiam citra patris voluntatem liberentur [hinc inquam], dixerunt nonnulli, ecclesiasticos etiam magistratus, simulatque [dignitate] insigniti fuerint, illustres et esse et vocari, ac sui juris fieri: utentes etiam novello oraculo percelebris imperatoris et apostolorum similis sancti Constantini ad sanctum Sylvestrum, qui tunc Romanus papa erat, misso, quod a nobis in scolio, cap. 1, tit. 8 praesentis operis insertum est, quod statuit, ut papa Romanus facultatem habeat honorandi dignitatibus clericos qui sub ipso sunt, qualibus imperator sub se constitutos honorat: et, ut sancta synodus esset qualis imperatoribus senatus: itidemque legibus similiter a nobis insertis, quae statuunt, ut Ecclesia Constantinopolitana veteris Romae privilegia habeat. Alii vero [contra], fine novellae 81 usi, quae posita est in tit. 5 lib. XXXI atque haec ad verbum dicit: Palam vero est, neminem exsistere qui ignoret prae omnibus utique religiosissimis etiam episcopis una cum ordinatione suae potestatis jus accedere (nam qui omnium spirituales Patres sunt, quomodo aliorum adhuc potestati subditi sint?), asserere conati sunt, ex sola episcopali dignitate episcopos a patria potestate liberos esse: non vero etiam ecclesiasticos magistratus ex patriarchico sigillo sui juris fieri. Nam profecto, inquiunt, hoc etiam novellae additum esset. Verum mihi videtur hos non recte dicere. Non enim novellum sancti Constantini oraculum,

A [illegible] τοῦ αὐτοῦ βασιλέως [illegible] τοῦ Σοφοῦ [illegible] ἐπὶ τὸ παλαιὸν [illegible] χρόνον [illegible] ὁ δεσπότης [illegible] τούτου δὲ τοῦ χρόνου [illegible], καὶ διοριζομένη [illegible] καὶ [illegible] τὸν δοῦλον [illegible] τὸν δεσπότην ἐκ τῆς παραδόσεως τῆς [illegible] καὶ οὐχ [illegible] τοῦ καταστρωθέντος [illegible], καὶ λέγοντος [illegible] δύνασθαι τὸν δεσπότην ἀναζητεῖν τὸν [illegible] δοῦλον δίχα γνώμης αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἀναγκάζονται ἀκολουθεῖν τοῖς παρὰ τοῦ Σοφοῦ νομοθετηθεῖσι. Νομίζω δὲ ὅτι καὶ τὰ τῆς τοιαύτης νεαρᾶς εἴ τις θελήσει [illegible] μεγάλας [illegible] δόξας. Εἰ γὰρ ὡς αὕτη φησίν, τὸν ἐν φυγῇ ὄντα δοῦλον καὶ μονάσαντα μέχρι τῆς ἐμφανείας αὐτοῦ ὁ δεσπότης ἀναζητεῖ, πάντως ἐξ ἀντιδιαστολῆς τὸν μὴ ἐν φυγῇ, μοναχὸν ὄντα δοῦλον, ἀλλ' ἐμφανιζόμενον ἐντὸς μόνης τριετίας ὁ δεσπότης ἀνακαλέσεται, τοῦτο δὲ μὴ ποιήσας ἀποκλεισθήσεται. Τοῦτο ὅπερ διορίζεται γίνεσθαι ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ἡ ῥηθεῖσα Ἰουστινιάνειος νεαρὰ ι', εἰ ταῦτα οὕτως εἴπῃς καὶ ἑρμηνεύσῃς συμβιβασθήσονται αἱ τῶν βασιλέων νεαραὶ ἄνευ μόνου τοῦ χρόνου ἐπὶ τριετίαν διαινουμένου διὰ παραμυθίαν τοῦ δεσπότου ἀπὸ τῆς ρκγ' Ἰουστινιανείου νεαρᾶς τῆς κειμένης, ὡς εἴρηται ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτ. α', καὶ διορι-C ζομένης μετὰ τὴν χειροτονίαν, καὶ δουλικῆς ἐναπογράφου τύχης τοὺς ἐπισκόπους ἐλευθέρους εἶναι. Ὡσαύτως καὶ ἀπὸ τῆς πα' νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν λα', τίτ. ε', κεφ. α', καὶ παρακελευομένης πάντας τοὺς μὴ τεθέντας παρὰ βασιλέων ἀξιώμασιν ἢ ὀφφικίοις ἀρχοντικοῖς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ὑπεξουσιότητος, καὶ δίχα γνώμης τοῦ πατρὸς, εἶπον τινες καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἄρχοντας ἅμα τῷ σφραγισθῆναι, ἀξιωματικοὺς εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι καὶ αὐτεξουσίους γίνεσθαι. Χρώμενοι δὲ καὶ τῷ παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως καὶ ἰσαποστόλου ἁγίου Κωνσταντίνου ἀπολυθέντι νεαρᾶς θεσπίσματι πρὸ τὸν τε πάπαν Ῥώμης ἅγιον Σιλβέστρον, τῷ καὶ κατεστρωθέντι παρ' ἡμῶν ἔξωθεν τοῦ α', κεφ. τοῦ η' τίτ. τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ διοριζο-D μένῳ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν πάπαν Ῥώμης ἀξιώμασι τιμᾷν τοὺς ὑπ' αὐτὸν κληρικοὺς, ὁποίοις καὶ ὁ βασιλεὺς τιμᾷ τοὺς ὑπ' αὐτὸν, καὶ εἶναι τὴν ἱερὰν σύνοδον οἵαν καὶ τὴν βασιλικὴν σύγκλητον. Ὡσαύτως καὶ τοῖς νόμοις τοῖς κατεστρωθεῖσι παρ' ἡμῶν, ὁμοίως και διοριζομένοις ἔχειν τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὰ προνόμια τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. Ἕτεροι δὲ τῷ τέλει τῆς πα' νεαρᾶς χρησάμενοι τῆς κειμένης ἐν τῷ ε' βιβλίῳ του λα' τίτ., καὶ λεγούσης ταῦτα ῥητῶς, Πρόδηλον δὲ ὡς οὐκ ἔστιν ὃς ἀγνοεῖ, πρός γε ἁπάντων τοῖς ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις ἅμα τῇ χειροτονίᾳ καὶ τὴν αὐτεξουσιότητα προσγίνεσθαι. Οἱ γὰρ πάντων ὄντες πνευματικοὶ Πατέρες, πῶς ἂν ὑπὸ τὴν ἑτέρων ἐξουσίαν τελοῖεν;

ἐπεχείρησαν εἰπεῖν ἀπὸ μόνου τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώ- A
ματος ἐλευθεριάζειν τοὺς ἐπισκόπους τῆς ὑπεξουσιότητος. Οὐ μὴν δὲ καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἄρχοντας αὐτεξουσίους γίνεσθαι τῆς πατριαρχικῆς σφραγῖδος, ἣ γὰρ ἄν, φασὶ, καὶ τοῦτο τῇ νεαρᾷ προσετέθη, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴ καλῶς λέγειν τούτους, οὐδὲ γὰρ ἀνῃρέθη τὸ νεαρὸν θέσπισμα τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ὑπὸ τῆς Ἰουστινιανείου νεαρᾶς τὸν διοριζόμενον ἐπίσης τῇ βασιλείᾳ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης ἐν ἀξιώμασι σεμνύνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος διδομένου μὴ μόνον παρὰ τῶν πατριαρχῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ μητροπολιτῶν, κἀντεῦθέν τινων ἀμφιβαλλόντων μὴ γίνεσθαι αὐτεξουσίους τοὺς ἐπισκόπους πάντας, ἡ Ἰουστινιάνειος νεαρὰ πάντας τοὺς ἐπισκόπους αὐτεξουσίους γίνεσθαι διωρίσατο, κἂν μὴ παρὰ πατριαρχῶν χειροτονῶνται, ὅθεν καὶ ἀνενδοιάστως φημὶ ἀξιωματικοὺς εἶναι τοὺς τῆς B
Μεγάλης ἐκκλησίας ἄρχοντας, καὶ ὀφείλειν αὐτοὺς τιμᾶσθαι ὡς τῆς ἱερᾶς συγκλήτου λογάδας, κατὰ τὸ θέσπισμα τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου καὶ τὰ λοιπὰ νόμιμα τὰ ἄνωθεν μνημονευθέντα. Τοῦτο δὲ ἰδικόν ἐστι προνόμιον τοῖς ἄρχουσι τοῦ θρόνου τῆς Ἐκκλησίας τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν διὰ τὸ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου θέσπισμα. Οἱ γὰρ ἄρχοντες τῶν ἄλλων πατριαρχῶν προσέτι γε μὴν καὶ τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐπισκόπων τῶν αὐτῶν προνομίων οὐκ ἀξιωθήσονται.

quod perinde atque imperatoriam majestatem, Romanam Ecclesiam in dignitatibus gloriosam esse statuit, a Justiniani novella abrogatum est. Cum vero episcopalis dignitas non modo a patriarchis, verum etiam a metropolitanis conferatur : atque hinc [tum] nonnulli ambigerent, num omnes episcopi sui juris fierent : Justiniani novella omnes episcopos, etiamsi a patriarchis non ordinentur, sui juris fieri statuit. Unde indubitanter dico illustres esse Magnæ ecclesiæ magistratus, et debere ipsos honorari, tanquam sacrosancti senatus patres conscriptos : [idque] secundum oraculum divi Constantini, et reliqua jura superius commemorata. Atque hoc [quidem] peculiare privilegium est, [solisque] magistratibus solii Constantinopolitanæ Ecclesiæ per divi Constantini sanctionem [datum est]. Nam aliorum patriarcharum, insuper et metropolitanorum et episcoporum magistratus iisdem privilegiis digni non habebuntur.

Ἕτερον σχόλιον. Σημείωσαι ἀπὸ τῶν ἐν τῷ παρόντι λϛ', κεφ. καταστρωθεισῶν Νεαρῶν συνάγαγε καὶ εἰπὲ, ὅτι οἱ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου κληρούμενοι δοῦλοι, ἢ ἐπισκοπεύοντες εἰς τὸν πρότερον δεσπότην καὶ ἄκοντες ἀντιστρέφονται ἐκ τῆς χειροτονίας μὴ ὠφελούμενοι. Ὡσαύτως εἰπὲ, ὅτι οὐκ ἀπροσδιορίστως δύναται ὁ δεσπότης ἀνακαλεῖσθαι τούτους, ἀλλ' ἐντὸς τριετίας μετὰ τὸ λαβεῖν αὐτοὺς εἴδησιν τοῦ γεγονότος ψηφιζομένης. Ἔτι εἰπὲ ὅτι τοῦ νόμου λέγοντος τὸν ἐπερωτώμενον, καὶ μὴ ἀντιλέγοντα, ἀλλὰ σιωπῶντα, κερδαίνοντα μὲν ἀντὶ συναινοῦντος παραλαμβάνεσθαι, ζημιούμενον δὲ ἀντὶ ἀρνουμένου. Ἐπὶ C
τοῦ παρόντος θέματος, ὁ εἰδὼς τὴν χειροτονίαν τοῦ δούλου αὐτοῦ καὶ μὴ ἀντιλέγων ἀντὶ συναινοῦντος λογίζεσθαι, καὶ ταῦτα βλαπτόμενος, καὶ ἔστι τοῦτο ἰδικὸν διὰ τὴν ἐλευθερίαν. Ἔτι εἰπὲ ὅτι ἀπὸ μόνης τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίας οἱ ὑπεξούσιοι αὐτεξούσιοι γίνονται, οὐ μὴν ἀπὸ κληρώσεως οἱασδήτινος. Τὰ δὲ ἀρχοντίκια τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ μόνου αὐτεξουσίους ποιοῦσι τοὺς ὑπεξουσίους. Τὸ δὲ εἰς τριετίαν παρεκτείνεσθαι τῷ δεσπότῃ τὴν ἀνάκλησιν τοῦ χειροτονηθέντος δούλου ἀπὸ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἐστι καὶ κρατεῖ, κἂν ἐπιβλαβὲς τῇ ἐλευθερίᾳ ἐστὶ, διὰ τὸ δίκαιον.

Aliud scholium. Ex novellis præsenti huic 36 cap. insertis collige, et dic servos præter voluntatem domini clericos aut etiam episcopos factos, ad pristinum dominum quamvis invitos reverti, nihilque ex ordinatione utilitatis capere. Dic similiter dominum hos non indistincte revocare posse, sed intra triennium, posteaquam rem cognoverit, supputandum. Insuper dic, [quanquam lex tradat, interrogatum non contradicentem, sed tacentem in re ipsi lucrosa pro consentiente, damnosa vero pro negante haberi : in præsenti [tamen] specie, scientem ordinationem servi sui et non contradicentem, tametsi damno afficiatur, pro consentiente reputari. Atque est hoc [quidem] speciale propter libertatem. Denique dic, per solam ordinationem in episcopum patriæ potestati subditos ab ea liberari : non autem [per ordinationem] in qualiscumque gradus clericum. Insignia vero magistratuum patriarchæ Constantinopolitani, ejusque solius patriæ potestati obnoxios emancipant. Quod vero domino revocatio ordinati servi in triennium protenditur, [id] ex novella imperatoris domini Leonis Sapientis [desumptum] est : et quanquam libertati grave sit [eique impedimentum afferat], propter jus [tamen et æquitatem] vigorem habet.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'. — Περὶ διακονισσῶν, καὶ ὅτι, γυνὴ οὐ γίνεται πρεσβυτέρα.

CAP. XXXVII. — *De diaconissis, et quod mulier presbytera non fiat.* D

Συνόδου Νικαίας κανὼν ιθ' · συνόδου Λαοδικείας κανὼν ια' · συνόδου Χαλκηδόνος κανὼν ιε' · συνόδου ϛ' κανὼν ιδ'.

Concilii Nicæni canon 19; concilii Laodiceni canon 11; concilii Chalcedonensis canon 15; concili sexti canon 14.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'. — Περὶ τῶν διὰ τῆς χειροτονίας λυομένων ἁμαρτημάτων.

CAP. XXXVIII. — *De peccatis quæ per ordinationem remittuntur.*

Συνόδου Νεοκαισαρείας κανὼν θ'.

Concilii Neocæsariensis canon 9.

ΤΙΤΛΟΣ Β'.

ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΣΕΩΣ, ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΝ ΣΚΕΥΩΝ, ΚΑΙ ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΚΛΗΡΙΚΩΝ ΠΑΡΑ ΓΝΩΜΗΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΙΣΤΩΝΤΩΝ ΘΥΣΙΑΣΤΗΡΙΑ.

TITULUS SECUNDUS.

DE EXSTRUENDIS ECCLESIIS. DE SACRIS VASIS, ATQUE DONARIIS ET DE CLERICIS CITRA VOLUNTATEM EPISCOPORUM ALTARIA ERIGENTIBUS.

CAPUT PRIMUM. — *De extruendis ecclesiis, et dedicatione martyriorum nullus sanctorum reliquias habentium.*

Concilii Carthaginensis canon 6, 83; concilii Nicæni secundi canon 7, 17.

Textus. In cap. 14, tit. 3, præsentis operis, etc., *usque ad* magistratus cogere [debere], *ut pag.* 663.

Scholium Const. 15, tit. 2, lib. 1, cod. posita est in lib. v Basil. tit. 1. cap. 7, ad eum modum habens, ut in textu compendiose proposita est. Legas vero 9 cap. tit. 3, lib. v Basil. quod est novella Justiniani 131, eademque fere statuit, ac proxime sequenti scholio insertum est. Const. 45, tit. 3, lib. 1 cod. in Basil. non est posita, neque vero tu illi inhæreas. Mense autem Martio indict. 14, facta est [quædam] novella sancti nostri imperatoris domini Manuelis Comneni, quæ partim hæc statuit: Cum his hoc etiam, iis quæ ante scripta sunt, sanciendo conjungimus. Multi homines in extremis suis dispositionibus procuratores sive exsecutores eorum quæ præscripserunt relinquunt, iisque Christo, dulci isto ac mundo salutari nomine, hærede scripto, rerum suarum dispensationem atque administrationem injungunt. Hoc autem videntur facere, cum pauperibus substantias suas dividi præcipiunt. Cum enim mendicans accipit, astat Christus, ac una cum illo [dantis] manum vacuat. *Quatenus namque*, inquit, [ipse] *uni ex minimis hisce fratribus fecistis, mihi fecistis*[2]. Jubemus igitur, ut quando hujusmodi procuratoriæ dispensationes, et in pias causas distributiones, quæ ad animæ rectum ductum, ac pupillorum, senum atque pauperum educationem, et exhibitionem, tendunt, proponuntur: in his judiciorum prolationes, atque qui hinc exsistunt inanes temporum decursus, locum non habeant. Contingit hinc enim, ut defunctorum animæ damnum subeant, et communis omnium boni utilitatisque causa latæ leges commutentur in contrarium. Tum neque justum [esse] imperatoria mea majestas judicat, ut qui ordo in reliquis judiciis obtinet, [is] etiam in istiusmodi usurperi [debeat]: sed ut talium specierum ambi-

[2] Matth. xxv, 40.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ. — Περὶ ποιήσεως ἐκκλησιῶν, καὶ περὶ καθιερώσεως ἐκκλησιῶν καὶ μαρτυρίων μὴ ἐχόντων λείψανα ἁγίων.

Συνόδου Καρθαγένης κανὼν ς', πγ' · συνόδου Νικαίας τὸ β', κανὼν ζ', ιζ'.

Κείμενον. Ἐν τῷ δ' κεφαλαίῳ τοῦ γ' τίτ. τοῦ παρόντος συντάγματος, κ. τ. λ., usque ad ἀναγκάζουσι ταῦτα πληροῦσθαι.

Σχόλιον. Ἡ ιε' διάταξις τοῦ β' τίτ. τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος, ἐτέθη ἐν βιβλίῳ ε' τῶν Βασιλικῶν τίτ. α', κεφαλαίῳ ζ', οὕτως ἔχουσα, ὡς ἐντὸς συνωψίσθη. Ἡ με' διάταξις τοῦ γ' τίτλου τοῦ α' βιβλίου τοῦ κώδικος, οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ Βασιλικά, καὶ μηδὲ σὺ ταύτῃ πρόσχῃς, ἀνάγνωθι δὲ τὸ θ' κεφάλαιον, τοῦ γ' τίτ. τοῦ ε' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν μέρος ὂν τῆς ρλα' Ἰουστινιανείου νεαρᾶς τὰ αὐτὰ σχεδὸν νομοθετοῦν καὶ καταστρωθὲν εἰς τὸ ἐπιὸν κατα-βατόν. Κατὰ τὸν Μάρτιον μῆνα τῆς ιδ' ἰνδικτιονος γέγονε νεαρὰ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνου ἐν μέρει τάδε δεξιουσα · Σὺν τούτοις καὶ τοῦτο θεσπίζοντες τοῖς προγραφεῖσι προστίθεμεν · Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἐπιτελευτίοις αὐτῶν διατάγμασιν, ἐπιτρόπους ἦγουν διοικητὰς, τῶν παρ' αὐτῶν διορισθέντων καταλιμπάνουσι, καὶ τούτοις ἀνατιθέασι τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῶν οἰκονομίαν τε καὶ διοίκησιν, τὸν Χριστὸν κληρονόμον γράφοντες, τὸ γλυκὺ τοῦτο καὶ κοσμοτήριον ὄνομα. Τοῦτο δὲ δοκοῦσι ποιεῖν δι' ὧν τοῖς πένησι τὰς περιουσίας αὐτῶν καταμερισθῆναι προστάττουσι, τοῦ γὰρ αἰτοῦντος λαμβάνοντος ἵσταται ὁ Χριστὸς συγκοιλαίνων τούτῳ τὴν χεῖρα. Ἐφόσον γὰρ, φησὶν, ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Παρακελευόμεθα οὖν ὅταν ἐπιτροπικαὶ τοιαῦται διοικήσεις πρόκεινται, καὶ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας διανομαὶ, καὶ πρὸς ψυχικὰς οἰκονομίας, καὶ ὀρφανῶν ἀφηλίκων τε καὶ πενήτων ἀναγωγὰς καὶ διατροφὰς τείνωσι, μὴ χώραν ἔχειν ἐν ταύταις τοὺς τῶν δικαστηρίων ὑπερβάσμους, καὶ τὰς ἐντεῦθεν χρονοτριβήσεις. Συμβαίνει γὰρ ἐντεῦθεν τὰς τῶν τελευτώντων ζημιοῦσθαι ψυχὰς, καὶ τοὺς ἐπ' ἀγαθῷ καὶ κοινῇ λυσιτελείᾳ τοῦ παντὸς τεθέντας νόμους εἰς τοὐναντίον περιίστασθαι. Οὐ γὰρ δίκαιον κρίνει ἡ βασιλεία μου τὴν ἐπὶ τοῖς λοιποῖς δικαστηρίοις

κρατοῦσαν ἀκωλουθίαν, καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις πολι- A τεύεσθαι, ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ὑποθέσεσιν ἀμφιβολίας, ἀπεντεῦθεν λύεσθαι, μὴ λιβέλλου διδομένου, εἰδήσεως δὲ τριημέρου ἢ καὶ ἐπὶ τέταρτον παρεκτεινομένης, μήτινος γὰρ δικαστικῆς ὑποθέσεως ἐπεισαγομένης, ἡ νῶν προσόντων ἑκάστῳ δικαίων γενήσεται καταξέτασις, καὶ μετακληθήσονται καὶ ἀμφω τὰ μέρη δίχα τινὸς ὑπερημερίας, καὶ ἀπαιτηθήσονται ἑκάτερα τὰ μέρη δίχα τινὸς τὰ δοκοῦντα συντείνειν αὐτοῖς προβαλέσθαι, καὶ οὕτω δι' ὀλίγου καιροῦ μηνιαίου τυχὸν, ἢ καὶ εἰς δεύτερον παρεκτεινομένου κατὰ τὸ δόξαν τῷ δικαστῇ, προσήκουσαν δέξοιτο λύσιν τὸ ἀνακύψαν ἀμφίβολον, τηρουμένων δηλονότι τῶν νόμων ἐπὶ τῆς οἰκείας ἕδρας καὶ παγιότητος. Ὅσοι μὴ μετὰ τὸν τοῦ τελευτήσαντος θάνατον, εὐθὺς τοὺς ἐκείνου διαδόχους εἰς B δικαστήριον ἕλκεσθαι διακελεύονται, ἀλλὰ μετὰ παραδρομὴν ἡμερῶν τινων, καθὼς τὰ περὶ τούτων πλατύτερον τοῖς βασιλικοῖς διηγόρευται. Εἰ δέ γε ἐπίτροπος εἰς ὑπερθέσεις φανείη χωρῶν, καὶ τοιαῦτα σκαιωρῶν φωραθείη, καὶ πρὸς ὑπερβιβασμοὺς χωρήσῃ, μὴ ποιῶν καθὼς ὁ διαθέμενος διεταξατο, τῆς ἐπιτροπῆς καὶ οἰκονομίας τῶν τοῦ τελευτήσαντος πραγμάτων μετακινηθήσεται, ἀνατεθήσεται δὲ αὖτη, οἷς ἂν ὁ βασιλεὺς διορίσηται, ἢ τούτου ἴσως ἀποδημοῦντος, ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος ἅμα τῷ τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας οἰκονόμῳ, τὴν τούτου ποιήσεται οἰκονομίαν τε καὶ εἰσοίκησιν ὀφείλοντες εἰδησιν διδόναι τῶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις ὑποθέσεσιν οἰκονομουμένων τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ κατὰ τὴν ἡμέραν ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, εἰ τύχῃ τὸν βασιλέα ἀποδημον εἶναι, καὶ μὴ κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ τὰ τοῦ τελευτήσαντος πληρῶσι θελήματα.

guitates confestim solvantur, [ita ut] neque libellus detur, et cognitio in tres aut [summum] quatuor dies differatur: nulla judiciaria dilatione introducenda, quid cuique jure competat, disquiratur: citra omnem dilationem utraque pars accersatur, atque ut quid juris se habere putet, proponat, exigatur: tumquedemum per breve tempus in mensem forte [unum] aut etiam alterum extendendum, res in controversiam deducta, prout judici visum fuerit, convenienter dirimatur: [ut tamen] in sua [quasi] sede ac soliditate firmiter maneant [eæ] leges, quæ non mox a defuncti morte, sed post aliquot dierum decursum successores ipsius in judicium trahi statuunt, quemadmodum quæ huc pertinent fusius in Basilicis tractata sunt. Si vero procurator ad B dilationem vergere videatur, eaque dolo evertere deprehendatur, nec quemadmodum testator præcepit, procrastinationes nectendo faciat: a rerum defuncti procuratione ac dispensatione removeatur, eaque quibus imperator statuerit, injungatur: aut si is forte peregre sit, præfectus urbis una cum sanctissimo Ecclesiæ œconomo res illas procuret ac dispenset, qui de his quæ in hujusmodi speciebus administrarunt, imperatori, aut si fortassis hic peregre erit, sanctissimo patriarchæ reddere rationem debebunt. Non tamen prout imperator jusserit, defuncti voluntas adimplebitur.

Κείμενον. Ἡ γ' διάτ. τοῦ β' τίτ. τῶν Νεαρῶν C κ. τ. λ., usque ad διατάξει διατυποῖ.

Textus. Const. 3, tit. 2 Novellarum, etc., *usque ad* 45 const. instituit, *ut pag.* 566.

Σχόλιον. Ἡ γ' διάταξις, τοῦ β' τίτλου τῶν Νεαρῶν ἐστι νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ρλα' κειμένη ἐν βιβλίῳ ε', τίτλῳ γ'. Τὰ δὲ συνοψισθέντα, εἰσὶ τοῦ αὐτοῦ τίτλου, κεφάλαιον θ' οὕτως ἔχον· Εἰ δὲ ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως αἰχμαλώτων τι καταλέλειπται, καὶ μὴ ὀνόματι ὁ διαθέμενος εἴπῃ, διά τινος χρὴ γένεσθαι τὴν ἀνάῤῥυσιν, καὶ οὕτως κελεύομεν τὰ πράγματα τὰ ἐπὶ τούτου καταλειφθέντα, τούτων τόπων ἐπίσκοπον, καὶ τὸν τούτου οἰκονόμον λαβεῖν καὶ τὸ τοιοῦτον εὐσεβὲς ἔργον πληροῦν. Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς τοιαύταις εὐσεβέσι βουλήσεσι, τοὺς ὁσιωτάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους βουλόμεθα προνοεῖν, ὥστε πάντα κατὰ τὴν τοῦ τελευτήσαντος βούλησιν προβαίνειν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα παρὰ τῶν διαθεμένων ἢ τῶν δωρησαμένων, ἀπαγορευθῇ αὐτοῖς ἔχειν πρὸς αὐτά τινα μετουσίαν. Εἰ δὲ οἱ ταῦτα ποιῆσαι κελευσθέντες, ἅπαξ καὶ δὶς παρὰ τοῦ μακαριωτάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τῶν τούτων οἰκονόμων διὰ δημοσίων προσώπων ὑπομνησθέντες, ὑπερθῶνται τὰ διατυπωθέντα πληρῶσαι, κελεύομεν τούτους ἅπαν κέρδος καταλειφθὲν αὐτοῖς παρὰ τοῦ ταῦτα κελεύσαντος ἀπολλῦναι, τοὺς δὲ ὁσιωτάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους, πάντα τὰ πράγματα τὰ πάσαις, ὡς εἴρηται, ταῖς εὐσεβέσιν αἰτίαις ἀφορισθέντα, μετὰ καρπῶν καὶ ἐπαυξήσεων τοῦ μέσου χρόνου, καὶ τοῦ μνημονευθέντος χρόνου κέρδους, ἐκδικεῖν, καὶ ἅπερ ὁ διαθέμενος διετύπωσε, πληροῦν, εἰδότας ὡς εἰ

Scholium. Const. 3, tit. 2 Novellarum, est novella Justiniani 131 [et est] posita in lib. v, tit. 3. Quæ vero in compendio proposita sunt, ejusdem tit. sunt cap. 9, quod sic habet: Item si pro redemptione captivorum aliquid relictum sit, neque testator nominatim dixerit, per quem redemptionem fieri oporteat: itidem jubemus, ut res in hoc relictas, locorum episcopus et hujus œconomus capiat, et hujusmodi pium opus impleat. In omnibus enim istis piis voluntatibus volumus etiam ipsos religiosissimos locorum episcopos providentiam accommodare, ut omnia secundum testatoris voluntatem procedant: et si maxime a testatoribus aut donatoribus interdictum ipsis sit, ne quid in iis habeant commercii. Certe si illi qui hæc exsequi jussi sunt, semel atque iterum a beatissimo locorum episcopo, et ejus œconomis per publicas personas admoniti, ea quæ disposita sunt implere distulerint: jubemus ut ii omne lucrum, quod ab eo qui ista jussit relictum est, amittant: religiosissimi vero locorum episcopi omnes res, quæ quibuscunque (ut dictum est) piis causis deputatæ sunt, cum fructibus et medii temporis accessionibus, atque item memorato temporali lucro vindicent: et quæ testator disposuit, adimpleant scituri, quod si et ipsi negligentius egerint, pro omnibus his rationem Deo reddituri sint. Sane si religiosissimus locorum

episcopus aliquid eorum quæ a nobis dicta sunt, prætermiserit: licitum esto religiosissimo ejus metropolitano, hæc exigere atque implere Sed et cuivis alii licentia erit, ea de re quæstionem movere, dareque operam ut omnibus modis id genus piæ causæ exsequantur. Si vero hæres ea quæ in pias causas relicta sunt, non impleat, dicens non sufficere ad has relictum sibi patrimonium, jubemus, ut omni lucro quod ex Falcidia provenit, vacante, quidquid in ejuscemodi facultatibus inventum fuerit, providentia sanctissimi locorum episcopi totum in causas in quas relictum est, procedat. Quod si legatum ab aliquo ad pias causas relictum fuerit: jubemus, ut intra sex menses ab insinuatione testamenti numerandos, omnibus hoc modis præstetur his quibus relictum est. Sin autem, qui hoc gravati sunt hujusmodi legatum præstare distulerint: et fructus et usuræ, et omnis legitima accessio, ab ipsis jam inde a tempore mortis ejus qui reliquit, exigentur. Si legatum annuum cuicunque venerabili domui relictum fuerit, si quidem hi, qui hoc dare jussi sunt, aut locus ex quo id præstari jussum est, in eadem aut vicina provincia est: jubemus, neque modo tale legatum alienetur. Sin loca, aut personæ, ex quibus, aut a quibus hoc dari jussum est, in remotioribus sint partibus: tunc integrum illis esto, quibus id relictum est, ut si obligata etiam pars consentit, legatum permutent, et vicinum aliquem pro hoc reditum capiant uberem, et cum accessione, quæ non minus quarta relictæ quantitatis parte continet, ut neque multis publicis præstationibus onustum. Sed et si vendere tale legatum voluerint, non minus pretii nomine capiant, quam ex tali legato per triginta quinque annos colligatur: ita tamen, ut ejusmodi pretium ad utilitatem prædictæ venerabilis domus procedat, cui relictum est. [Similiter] etiam cap. 7 ejusdem lib. et tit, quod sic habet: Si quis oratorium, templum, aut xenonem, aut ptochium, aut orphanotrophium, aut nosocomium, aut aliam venerabilem domum exstrui in ultima voluntate disposuerit, jubemus, ut oratorium intra quinque annos perficiatur, providentia locorum episcopi et civilis magistratus: xenon vero, aut ptochium, aut alia venerabilis domus intra unum annum exstruatur. Si intra annum hæredes xenonem, aut quamcunque venerabilem domum, quam testator exstrui disposuit, non fecerint, jubemus, ut domum ii vel emant, vel conducant, ubi jussa queant exsequi, tantisper dum ejusmodi venerabilis domus absolvatur. Ac si quidem ipse testator definierit, quinam xenodochi, aut ptochotrophi, aut id genus alii dispensatores fieri debeant, aut hæredibus suis hujus rei optionem præbuerit: jubemus, ut omnibus modis hæredes ipsius his quæ ab ipso disposita sunt, satisfaciant: beatissimis locorum episcopis inspecturis an dispensatio pulchre procedat: et si deprehenderint eos qui dispensationem habent nequam homines et nullius bonæ rei esse, licentiam habituris, ut sine damno

ῥᾳθυμήσαιεν, ὑπὲρ πάντων τούτων λόγον τῷ θεῷ παρέξουσιν. Εἰ μέντοι, ὁ ὡσιώτατος τῶν τόπων ἐπίσκοπος, παρελείπη τι τῶν ἡμῖν εἰρημένων ἐξέστω καὶ τῷ ὁσιωτάτῳ αὐτοῦ μητροπολίτῃ, ταῦτα ἀπαιτεῖν καὶ πληροῦν, καὶ παντὶ δὲ ἑτέρῳ ἄδεια ἔστω, τὴν τοιαύτην ζήτησιν κινεῖν, καὶ σπουδάζειν ἵνα πᾶσι τρόποις αἱ τοιαῦται εὐσεβεῖς αἰτίαι πληρωθῶσιν. Εἰ δὲ ὁ κληρονόμος τὰ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλελειμμένα μὴ πληρώσῃ, λέγων τὴν καταλειφθεῖσαν αὐτῷ κληρονομίαν μὴ ἀρκεῖν εἰς ταύτας, κελεύομεν παντὸς τοῦ ἐκ τοῦ φαλκιδίου κέρδους σχολάζοντος ὁσονδήποτε εὑρεθῇ ἐν τῇ τοιαύτῃ οὐσίᾳ προχωρεῖν ἐν τῇ προνοίᾳ τοῦ ἁγιωτάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου εἰς τὰς αἰτίας ἃς καταλέλειπται. Εἰ δὲ ληγάτον παρά τινος, εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας κατα λειφθείη, κελεύομεν εἴσω μηνῶν ἐξ ἀπὸ τῆς ἐμφανίσεως τῆς διαθήκης ἀριθμουμένων, τοῦτο πᾶσι τρόποις παρέχεσθαι οἷς καταλέλειπται. Εἰ δὲ ὑπερθῶνται οἱ τούτῳ βεβαρημένοι τὸ τοιοῦτον ληγάτον παρέχειν, καὶ καρποὺς καὶ τόκους καὶ πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπαιτηθήσονται ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τελευτῆς ταῦτα καταλιπόντος. Εἰ δὲ ληγάτον ἐτήσιον οἱῳδήποτε σεβασμίῳ οἴκῳ καταλειφθείη, εἰ μὲν οἱ τοιοῦτοι δοῦναι κελευσθέντες, ἢ ὁ τόπος ἐξ οὗ ἐκελεύσθη τοῦτο παρέχεσθαι, ἐν τῇ αὐτοῦ ἢ τῇ γείτονι ἐπαρχίᾳ εἴη, κελεύομεν μὴ ἐπιτρόπῳ τὸ τοιοῦτον ληγάτον ἐκποιεῖσθαι. Εἰ δὲ οἱ τόποι ἢ τὰ πρόσωπα ἐξ ὧν τοῦτο δοθῆναι προσετάχθη, πορρώτερω εἶησαν, τηνικαῦτα ἐξέστω ἐκείνοις οἷς τοῦτο καταλέλειπται, εἰ καὶ τὸ ἐνεχόμενον μέρος συναινεῖ, ἀμείβειν τὸ ληγάτον, καὶ πλησίον λαμβάνειν ὑπὲρ τούτου πρόσοδον εὔπορον, καὶ μετὰ προσθήκης οὐκ ἐλάττονος τοῦ τετάρτου μέρους τῆς καταλειφθείσης ποσότητος, καὶ μηδὲ πολλοῖς δημοσίοις τελέσμασι βεβαρημένης. Εἰ δὲ καὶ πωλῆσαι βούλεται τοιοῦτον, μὴ ἔλαττον εἰς τὸ τίμημα λαβεῖν, τοῦ ὅσον ὑπὲρ τοιούτου τοῦ ληγάτου, ἐπὶ λε' ἐνιαυτοῖς συνάγεται, οὕτω μέντοι ὥστε τὸ τοιοῦτον τίμημα εἰς τὸ συμφέρον τοῦ προειρημένου σεβασμίου οἴκου, ὅπου κατελείφθη προχωρεῖν, καὶ κεφάλαιον ζ' του αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου οὕτως ἔχον· Εἴ τις κατασκευὴν εὐκτηρίου, ναοῦ, ἢ ξενῶνος, ἢ πτωχείου, ἢ ὀρφανοτροφείου, ἢ νοσοκομείου, ἢ ἄλλου σεβασμίου οἴκου, ἐν τελευταίᾳ βουλήσει γενέσθαι διατυπώσει, τὸ εὐκτήριον μὲν πέντε εἴσω ἐνιαυτῶν πληροῦσθαι κελεύομεν προνοίᾳ τῶν τόπων ἐπισκόπου, καὶ τοῦ πολιτικοῦ ἄρχοντος, τὸν δὲ ξενῶνα καὶ τὸ πτωχεῖον, ἢ ἄλλον σεβάσμιον οἶκον, εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι. Εἰ δὲ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μὴ ποιήσωσιν οἱ κληρονόμοι τὸν ξενῶνα, ἢ οἱονδήποτε σεβάσμιον οἶκον, ὑπὸ τοῦ διαθεμένου διατυπωθέντα γενέσθαι, κελεύομεν τούτους οἶκον ἢ ἀγοράζειν, ἢ μισθοῦσθαι, ὅπου δύνανται τὰ κελευσθέντα πληρῶσαι, ἕως ἂν ὁ τοιοῦτος σεβάσμιος οἶκος πληρωθῇ, καὶ εἰ μὲν αὐτὸς ὁ διαθέμενος ὁρίσῃ τοὺς ὀφείλοντας ξενοδόχους γενέσθαι, ἢ πτωχοτρόφους ἢ ἄλλους τοιούτους διοικητὰς, εἴτε τοῖς ἰδίοις κληρονόμοις τὴν τοιαύτην ἐπιλογὴν παράσχῃ, κελεύομεν τρόποις ἅπασι τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ, τὰ παρ' αὐτοῦ διατυπωθέντα πληροῦν, τῶν κατὰ τόπον μακοριωτάτων ἐπισκόπων ἐποπτευόντων

εἰ καλῶς ἡ διοίκησις προβαίνει, καὶ εἰ εὕρωσι μὴ χρησίμους ὄντας τοὺς διοικητὰς, ἄδειαν ἐχόντων ἄνευ ζημίας, ἄλλους ἀντὶ τοιούτων ἐπιτηδείους ποιεῖν. Σημείωσαι, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα καταστρωθεισῶν νεαρῶν ὅτι τὰ παρὰ τῶν κτητόρων γινόμενα τυπικὰ εἰ μὴ τοῖς κανόσιν ἐναντιοῦνται, κρατοῦσιν ὅτι ὁ κατὰ χώραν ἐπίσκοπος, καὶ οἰκονόμος αὐτοῦ, καταναγκάζουσι καὶ μὴ βουλομένους μὴ μόνους τοὺς διαδόχους τῶν δωρησαμένων πράγματά τινα χάριν εὐσεβοῦς αἰτίας, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς δωρησαμένους, δοῦναι τὰ δωρηθέντα, κἂν μὴ ἐνεδόθη τοῦτο παρὰ τοῦ διαθεμένου, ἢ κἂν καὶ ἐκωλύθη, ὅτι τὰ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας καταλιμπανόμενα, οὐ φεικιδοῦνται, ὅτι ἔξεστι τοῖς ἐπισκόποις μετακινεῖν ἀπὸ τῆς διοικήσεως τῶν οἴκων, τοὺς καταλιμπανομένους παρὰ τῶν κτητόρων διοικητὰς κακοὺς ἀναφαινομένους, καὶ ἄλλους ποιεῖν. Καὶ ταῦτα σημειωσάμενος λέγε, ἀνυπόστατα εἶναι τὰ ἐν τοῖς τυπικοῖς γραφόμενα παρὰ τῶν κτητόρων χάριν τοῦ μὴ μετέχειν ὅλως τοὺς ἐγχωρίους ἀρχιερεῖς εἰς τὰ παρ' αὐτῶν κτιζόμενα μοναστήρια. Ὡσαύτως καὶ τὰ τῶν ἀρχιερέων ὑπομνήματα τὰ διαλαμβάνοντα μὴ μετέχειν εἰς τὰ μοναστήρια τοὺς μετ' αὐτοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς παρὰ τοῦτο ἐπισειομένους ἐκ παραβάσίας ἀφορισμοὺς στρέφεσθαι ὡς ἀνευλόγους εἰς τὰς κεφαλὰς τῶν ἀφορισάντων.

A alios in illorum locum magis idoneos sufficiant. Nota ex novellis hic insertis, valere formas a possessoribus de [exstruendis] monasteriis factas, extra quam si canonibus adversentur, et loci episcopum ejusque œconomos cogere invitos non solum successores eorum, qui res aliquas in pias causas donarunt, verum etiam ipsos donatores, ut dent quæ donata sunt, tametsi hoc ipsis a testatore concessum non sit : imo tametsi vetitum sit, et, quæ in pias causas relinquuntur, Falcidiam non admittere, et, licere episcopos removere ab administratione venerabilium domorum relictos a possessoribus dispensatores, si nequam [eos] esse constet, et alios sufficere. His vero notatis dic, non substitere, quod a possessoribus in formis scribitur, ne omnino loB corum episcopi se immisceant negotiis monasteriorum a se exstructorum. Item, pontificum commentarios complectentes, ne qui ipsis succedent episcopi monasteriorum negotiis se immisceant : propterque id ex transgressione incussas excommunicationes, tanquam ratione destituta converti in capita eorum qui excommunicarunt.

Κείμενον. Λέγει δὲ βιβλίον α' τῶν Διατάξεων τίτ. η' κ. τ. λ., usque ad οὐδὲ πωλεῖται.

Textus. Lib. vero I Dig., tit. 8 etc., *usque ad* neque venire potest, *ut pag.* 566-567.

Σχόλιον. Τὸ α' Διάταγμα τοῦ η' τίτλου τοῦ α βιβλίου τῶν Διατάξεων, ἔστι βιβλίον μϛ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλος γ', κεφάλαιον α', οὕτως ἔχον ὡς ἐγράφη. Τὸ ϛ' διάταγμά ἐστι κεφάλαιον η' τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου, ὅμοιον κατὰ πάντα τῷ διατάγματι. Ὡσαύτως καὶ τὸ η', θ' καὶ ι', τὰ παρὰ τοῦ α' καὶ ϛ' τίτλου, τῆς β' Ἰνστιτουτιῶνος, οὕτως ἔχουσιν, ὡς ἐν τοῖς Ἰνστιτούτοις ἐγράφη. Ζήτει οὖν ἀπὸ τούτων μαθεῖν τελειότερον τὰ ἐκ τούτων γραφέντα ἐν τῷ παρόντι συντάγματι. Τὸ δὲ παρὰ γνώμην τῶν ἱερέων γεγονὸς ἱερὸν παρά τινος, οὐκ ἔστιν ἱερὸν, ὡς οἶμαι νοεῖται δὲ ὅσον εἰς τὸ λογίζεσθαι ἐπισκοπικὸν, καὶ ἔχειν προνόμια καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ μὴ λογίζεσθαι ἰδιωτικὸν, ἐπείτοιγε εἰς τὸ μὴ κοινωθῆναι, κἂν μὴ ἱερὸν ὀνομάζηται, ἀλλὰ ἅγιον ἐστι. Καὶ τὸ οἰκοδομηθὲν δίχα εὐχῆς ἱερέως, κἂν καταπέσῃ ὡς ἅγιον, οὐκ ἔτι κοινωθήσεται. Τὸ ζ' διάταγμα τοῦ ιϛ' τίτλου τοῦ α' βιβλίου τῶν Διατάξεων, ἔστι βιβλίον τῶν Βασιλικῶν ϛ', τίτλος β', κεφάλαιον θ', οὕτως ἔχον ὡς ἐγράφη. Τὸ ξ' διάταγμα τοῦ ιδ' τίτλου τοῦ β' βιβλίου ἔστι βιβλίον ια', κεφ. ξ', λέγον τὰ αὐτά. Τὸ κ' διάταγμα τοῦ β' τίτλου τοῦ ϛ' βιβλίου ἔστι βιβλίον ιε', τίτλος α', κεφάλαιον κγ', θέμα β', οὕτως ἔχον ὡς ἐγράφη. Τὸ ιδ' διάταγμα τοῦ α' τίτλου τοῦ η' βιβλίου ἐστὶ βιβλίον νη', τίτλος α', κεφάλαιον ιδ', θέμα τελευταῖον ὁμοίως ἔχον. Τὸ λϛ' διάταγμα τοῦ ζ' τίτ. τοῦ ια' βιβλίου τῶν Διατάξεων ἔστι βιβλίον τῶν Βασιλικῶν νθ', τίτ. α', κεφάλαιον ξγ', θέμα τελευταῖον, λέγον. Λύεται ἡ κοινωνία φθειρομένων τῶν προσώπων, ἢ τοῦ πράγματος, ἢ τῆς ἀγωγῆς, ἢ τῆς γνώμης. Προσώπου μὲν ἐπὶ τῆς μεγαλης ἢ μέσης καταστάσεως, ἐναλλαγῆς καὶ θανάτου. Φθείρεται δὲ τὸ πρᾶγμα, ὅταν ἢ παντελῶς οὐχ' ὕπεστιν, ἢ

Scholium. Digestum 1 tit. 8, lib. I Digest. est lib. XLVI Basil., iit. 3, cap. 1, quod sic habet, ut scriptum est. Digestum 6 est cap. 8 ejusdem lib. et tit., quod digest. per omnia simile est. Similiter et [digest.] 8, 9 et 10. Quæ vero ex tit. 1 et 6 secundi [lib.] Instit. [desumpta sunt] sic habent, ut in Instit. scriptum est. Da igitur operam ut perfectius ex his ea quæ inde in præsens opus transcripta sunt, discas. [Quod] vero [res] sacra, quæ ab aliquo citra sacerdotum suffragium [sacra] facta est, sacra non est, intelligitur (uti arbitror) quantum ad [id attinet, ut] episcopalis reputetur ac catholicæ Ecclesiæ privilegium habeat, neque privata censeatur. Quandoquidem quo ne ad vulgares usus revocetur, licet sacra non nominetur, attamen sancta est. Ac [sane] quod non intervenientibus sacerdotis precibus ædificatum est, si collabatur, tanquam sanctum, non iterum ad vulgares usus deducetur. Digestum 7 tit. 16 lib. I Dig. est lib. Basil. VI, tit. 2, cap. 9, quod habet, ut scriptum est. Digestum 60, tit. 14, lib. II est lib. XI, tit. 1, cap. 60, quod eadem dicit. Digestum 23 tit. 2 lib. VI est lib. XV, tit. 1 cap. 23, thema 2, quod habet, quemadmodum scriptum est. Digestum 14 tit. 1 lib. VIII est liber LVIII, tit. 1, cap. 14, thema ult. quod simili modo habet. Digestum 36 tit. 7, lib. XI Dig. est liber Basil. LIX, tit. 1, cap. 36, quod habet quomodo scriptum est. Digest. 63 tit. 2 lib. XVII Digest. est lib. Basil. XII, tit. 1, cap. 63, thema ult., quod dicit : Solvitur societas, cum aut personæ, aut res, aut actio, aut voluntas interit. [Intereunt autem] personæ maxima aut media capitis deminutione et morte. Res perit, quando aut omnino non subsistit, aut conditionem mutavit, [quod

vel] consecrata vel publicata sit. Digestum 5, 6 et 62 tit. 1, lib. XVIII, Dig. est lib. XIX, tit. 1, cap. 4, quod eadem dicit. Digestum 73 ejusdem tit. et lib. est ejusdem XIX lib. tit. 1, cap. 73, quod sic habet, ut scriptum est.

κεφάλαιον δ, τὰ αὐτὰ λέγον. Καὶ τὸ ογ' διάταγμα τοῦ κεφάλαιον ογ'. οὕτως ἔχον ὡς γέγραπται.

